



XII. 468.

Conspectus huc voluminis.

1. Io. Ge. Frickii initia eruditio[n]es apud Romanos.
2. Ei de Bruidis occidental. populor. philosophis.
3. Tob. Roschmann de Xenophane, pres. Feuerlinn.
4. Franc. Dom. Haberlin 1505 8 p[er]ce de scholi latini  
et gymanasico Ulm[an]orum, pres. Beckio.
5. Ei de dissidio ex electione Lotharii Pax. Imp. Germania[m] turbantibus.
6. Ei. progr. l. de Reineri Reineccii merit[is] in omnem histor.
7. Io. Ge. Span de concursu Dei cum creaturis.
8. Christ. Erh. Faulhaber de effectu lentium simplicium  
tam extra oculum, quam in oculo, pres. Io. Cheth. Hassio.
9. Io. Christ. Fischer de Clerico ex Hubertino Clerico Coe-  
scientiae elegantior litter. sec. XV. in Italia restauratore.
10. Io. Fr. Eckhard de ornatu orationes, speciation Romane
11. Io. Christ. Blasche de perspicuitatis, et pulchritudinis  
conuenientia in stilo philosophico.
12. Io. Fr. Gruner spicileg. obsequat. ad Phædri prior. libr. II.
13. Io. Iac. Hecking de ritibus conficiendis placis apud  
vet. Romanos.
14. Gottfr. Hecking vaticinia de rebus futuriis, pre-  
dictum recentissima de fatig imminentibus.
15. Io. Petr. Miller lanx fatura, de satyra, satyricis  
et satyris.
16. Erh. Pfauz de Diis Romanorum tutelaribus.





B. C. D.

A.

IΣΤΟΡΟΥΜΕΝΑ  
DE  
SCHOLIS LATINIS  
ET  
GYMNASIO  
VLMANORVM,  
SUPREMO RECTORE SCHOLARVM  
DEO TRINVNO,  
MODERATORE  
VIRO ADM. REVER. ATQVE PRAECELL.  
ANTONIO BECKIO,  
PASTORE JVNGINGENS. ET POESEOS PROF. P.  
PATRONO AC PRAECEPTORE COLENDISSIMO  
IN FLORENTI<sup>S</sup>. GYMNASIO VLMENSI  
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBIECTA,  
RESPONDENTE AVTORE  
FRANC. DOMINICO HAEBERLIN,  
VLMA - SVEVO.

AD D. XIX. NOVEMBR. A. S. MDCC XXXVII. H. L. Q. C.

---

ULM AE,  
TYPIS CHRISTIANI VLRICI WAGNERI.



A  
БЕЗ  
БИТОВИИ  
СЧОЛІС ЛАТИ  
СКАНДИ  
АМЕДІУ  
ДЕОДІНІ  
І  
С  
М  
Р  
Н  
І

VIRIS  
IN INCLVTA ET LIBERA S. R. I. REPVBLICA  
VLMANA  
*PERILLVSTIBVS, GENEROSISSIMIS, MAGNIFICIS,  
PRAENOBILISSIMIS, PRVDENTISSIMIS*

PATRIBVS PATRIAE  
DOM. DOM.

THEOD. AVGVSTO SCHAD de Mittelbiberach,  
LVDOV. ALBERTO KRAFFT de Dellmensingen,  
*DVVMVIRIS AC RERVVM ECCLESIASTICARVM DIRECTORIBVS  
EMINENTISSIMIS,*

DOM. DOM.

GEORG. LVDOV. BVRGLEN, Secretioris Dicasterii Superiorisque Judicij Assessori, ut & rerum ad religionem spectantium & bellicarum Con-Directorij splendidissimo.

MARCO ANTONIO KRAFFT de Dellmensingen, Superioris Judicij Assessori, Xenodochii & rerum ad opificia spectantium Curatori, nec non ad Comitia Circuli Suevici Ablegato longe prudentissimo.

FRANCISCO DANIELI DE NEVBRONNER,  
Superioris Judicij Assessori gravissimo.

MARCO PHILIPPO BESSERER à Thalfingen,  
Juniori.

JO. MATTH. KIECHEL, Superioris Judicij Assessori amplissimo.

*AEDILITII SACRI PRAEFECTIS GRAVISSIMIS.*

ITEM QVE  
**DOMINIS MAXIME GENEROSIS, PRAENOBILISSI-  
MIS, AMPLISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS**

DOM. DOM.

**RAYMVNDO KRAFFT de Dellmensingen,** Dynastiae Geislingensis Praetori insigniter merito.

**JO. CONR. KRAFFT de Dellmensingen,** Praefectus Langenoviensis Praefecto meritissimo.

**MARCO ANTONIO BALDINGER,** Dynastiae Leipheimensis Praetori longe dignissimo.

**CHRISTOPHORO FRIDERICO BESSERER de Thalfingen,**

**JO. EITELIO NEVBRONNERO,**  
*Rei frumentariæ Curatoribus maxime splendidis ac spectabilibus.*

**MARCO TOBIA DE NEVBRONNER,** Senatori longe prudentissimo.

**DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS,  
MAECENATIBVS,  
AC STVDIORVM SVORVM PROMO-  
TORIBVS BENIGNISSIMIS,**

ADEO QVE  
**SVBMISSO AC DEVOTISSIMO PIETATIS CVLTV  
AETERNV**  
**COLENDIS, DEVENERANDIS.**

VT



VT ET

V I R I S

*MAGNIFICIS, SVMME MAXIMEQVE REVERENDIS,  
CONSVLTISSIMIS, PRAENOBI LISSIMIS, MAXIME STRENVO,  
AMPLISSIMIS, PRAECLARISSIMIS, SPECTATISSIMIS,*

DOM. DOM.

**M. JO. FRICKIO**, Vener. Ministerii Seniori, SS. Theolog. Seminarii Prof. P. longe celeberrimo, Consistorii Matrimonialis Assessori atque Gymnasi Scholarchæ gravissimo, meritissimo.

**THEODORO BVRGLEN**, J. V. L. Reip. Patriæ Confiliario, Consistorii Matrimonialis Assessori atque Gymnasi Scholarchæ meritissimo.

**CONR. CHRIST. WVCHERER**, J. V. L. Reip. Prætori, Consiliario atque Protoarchivario amplissimo atque insigniter merito.

**ELIAE FRICKIO**, V. D. Ministro in Basilica nostra vigilantissimo, Catechesi P. P. celebratissimo.

**M. JO. FRIDER. HERTTENSTEIN**, Ecclesiastæ in Summo Templo facundissimo, & Philosoph. rationalis P. P. celebrando.

**CAROLO LVDOVICO STROHMEIER**, Praconi in Summo Templo vigilantissimo, animæque curatori plurimum venerando.

**FRANCISCO DOMINICO KNAVSS**, Cohortis Praefidiorum Vlmensium Centurioni maxime strenuo, jamque per LV. annos illustri Reip. nostræ inde ab infima militis gregarii statione stipendia facienti, Seni annis & meritis venerabili, & à prima mea pueritia in me tam educando, quam fovendo Patris munis fungenti, filiali adeoque vicissim pietate æternum prosequendo.

**M. EL. THEOPHIL. DIETERICH**, V. D. Ministro incluta & libera S.R.I. Civitate ESSLINGENSI, facundissimo & vigilantissimo, Avunculo Patris ad instar ob singularem atque eximum favorem & tenerrimum in me amorem nunquam non colendo, suscipiendo.

**SEBASTIANO OTTONI**, Reip. Vlmensis Archigrammateo meritis per plurimos jam annos insigniter conspicuo & spectatissimo,

DOM.

DOM. DOM.  
**SEPTIMO HELVICO FRICKIO**, Aerarii P. Præfecto  
maxime spectabili atque fidelissimo.  
**M. ELIAE WEYHENMEYER**, Gymnasii Rectori ac SS.  
Lingg. Profess. P. merentissimo, Philologo πολυμαθεσμῷ, Seni xstate  
ac meritis venerando.  
**DAVIDI STOELZLIN**, Gymnasii Con-Rectori, Historiarum  
Prof. P. & Reip. Patriæ Bibliothecario præclarissimo.  
**CONRADO DANIELI KLEINKNECHT**, Aedilitii  
Sacri Curatori dexterrimo ac meritissimo.  
**ELIAE CELLARIO**, Ecclesiæ Balzheimensis Pastori dignissimo.  
**CHRISTOPHORO OTTONI**, V. D. apud Giengenses  
Ministro vigilantissimo, Præceptorи quondam in SS. Græcæ ac Hebræx  
Lingg. dexterrimo atque colendissimo.  
**JOANNI FRANCISCO EBERHARD**, Mercatori so-  
lertissimo, felicissimo, Amitino affimatisimo.  
**JOANNI JACOBO HAEBERLIN**, Pastori Altenstatten-  
fi, Parenti filiali pietate merito reverendo.  
**DOMINIS SVIS, SPLENDIDISS. LEGATO-**  
**RVM ROTHIANI, OWERIANI, DORNIANI, STEH-**  
**LLANI, HEINZELIANI ADMINISTRATORIBVS**  
**GRAVISSIMIS, PRUDENTISSIMIS,**  
**PATRONIS FAVENTISSIMIS AC PAR-**  
**TIM PRAECEPTORIBVS DEXTER-**  
**RIMIS, FIDELISSIMIS,**  
**PRIMVM HOCCE PROPECTVVM**  
**SVORVM SPECIMEN**  
IN  
SVI SVORVMQVE STVDIORVM VLTERIOREM  
COMMENDATIONEM DEMISSISSIME OFFERT  
SVBIECTISSIMVS CLIENS AC CVLTOR  
**FRANCISCVS DOMINICVS HAEBERLIN,**  
AVTOR RESPONDENS.

PRAEFA-





B. C. D.

## PRAEFAMEN.



LMAM almam nostram Patriam si quis ab **V L M A** antiquitate, commerciis, incolis, munimentis, ædificiis, amplo ditioni ejus subiecto territorio, magnitudine denique rerum gestarum meritis efferre vellet laudibus, eum ingenii & memoriae vis potius deficeret, quam dicendorum copia. Hac vero ipsa V L M A non solum hisce presertim rebus gloriam famamque sibi peperit, sed etiam alia adhuc superflunt argumenta, ob quæ laudibus illam prædicemus. V L M A enim si sedem atque domicilium Artium Liberalium omnisque eruditionis dixerimus, nil à veritate alienum affirmavero. Nam fovit atque educavit ea, iis licet temporibus, quibus Literæ tam sacræ, quam profanæ, severiores juxta ac humaniores spissis occultæ jacebant tenebris, viros, pro horum temporum conditione egregiis ingenii monumentis & eruditionis fama clarissimos, quos inter nominasse sufficiat, **H E N R I C U M** (al. **A M A N D U M**) **S V S O N E M**, *Monachum Cœnobii*, quod **V L M A E** fuit, *Prædicorum*, postea ob vitæ sanctitatem à P. R. in numerum Divorum relatum, **H E N R I C U M** **N E I D H A R D T U M**, **J. V. D. F E L I C I M** **F A B R U M**, natione *Felix Faber*, quidem *Helvetum*, sed quia plurimum vitæ spatium V L M A E in dicto Cœnobia Prædicotorum, in quo & Prioris munere fundatus

A

*multas ob  
causas lau-  
dibus effe-  
renda,*

*vero ob ma-*

*gnum in li-  
teras & li-  
teratos fa-  
vorem.*

*Producuntur*

*eruditii Vl-*

*menses ad-*

*buc ante Re-*

*fornatio-*

*nem, v. gr.*

*Henr. Sufo,*

*et us*

Etus est, vixerat, Patriæ nostræ omnino adscribendum. Quam celebre vero nomen hic FELIX FABER Libris suis Historicis & peregrinationibus in Terram S. sibi acquisiverit, neminem in Historia profana vel paululum versatum fugiet. Hujus ante tempora notandus adhuc venit HENR. STEINHÖVEL *Med. D.* ob multa, quæ partim ipse edidit, partim ex Latina in Germanicam Linguam transtulit, scripta celebris, & JO. STOCKERVS, itidem *Med. D.* Accedunt ad hos ineunte Sec. XVI. adeoque sub initium saluberrimæ Ecclesiæ Reformationis JAC. PRVNVS vel PFLAVM, clarus Mathematicus & fidus Achates JO. STÖFFLERI celebratissimi illius Mathematici Tubing. HIERON. EMSER à Megalandro LVTHERO vulgo Bock-Emser dictus, notissimus sane ex Historia Reformationis ac acerrimus b. LVTHERI hostis; cui ob similitudinem morum merito jungimus CONR. COELLINVM Monasterii Dominicanorum Priorem, ob edita adversus LVTHERVM scripta haut ignotum. Longe meliorem his causam egerunt DD. VLRIC. & CONRADVS, KRAFFTII ex antiquitatibus gloria & meritis in Patriam nostram illustribus splendidissimo KRAFTIADVM genere orti, uterque in *Summo Templo Plebanus* ac fortissimi istius Indulgentiarum venundationis impugnatores, quibus socios damus JO. EBERLINV, HENR. KETTENBACH, JO. DIEPOLT, JVST. HÖFFLICH, F. HOSMANN, ac WOLFG. RVSS ob eundem sacrum zelum & primum introducta, si excipias ultimum, in Ecclesiæ nostras puriora sacra celeberrimos, ut alios minoris famæ ac eruditioñis fileam. Post autem Reformationis tempora VLMA nostra longe majori jure titulum sedis atque domicili Liberalium Artium & sanioris eruditioñis meruit; nam cum antea ingravescens Literarum barbaries ingenue & solide doctos vel non genuit, vel sua sponte quasi natos statim repressit, restituto harum prisco cultu, nitore & libertate affatim prodire Viri & de Sacra & de omni reliqua Eruditioñe meritissimi. Et sane Patria nostra carissima partim educavit viros, potesta in Ecclesiæ ipsius, Scholis ac foro magna laude muneribus suis defunctoris, inque omni eruditioñe clarissimos, partim alium de ob eruditioñis suæ laudes conspicuos huc evocavit, partim denique cives quoque suos eruditos aliis Ecclesiæ & Scholis in eorum usus quasi elocavit: ne quid de aliis doctis commemorem,

qui,



qui, alienigenæ cum fuerint, prima tamen eruditio[n]is fundamen[t]a nostra in Patria jecerunt. Lubet ex tribus, in quas dispescui eru-ditos VLMENSES, classibus quosdam, eosque ex prima quidem classe vita jam defunctos (de reliquis enim, quos per DEI gra-tiam adhuc superstites veneramur, dicendi locus commodior e-rit inferius) hic recensere præ aliis eruditio[n]is gloria eminentes. In prima cl. ex Professorum Theologie ordine, conspicendos se Eruditi VI-præbent b. ANDR. HERRENSCHMID, VLR. SCHMID, Jo. E-  
BERKEN, JAC. HONOLD, EL. VEIEL, antesignanus suo merito  
& facile princeps, fil. ejus ALBERTVS ac MICH. BECK; Ex il-  
lis, qui his ipsis Officio Ecclesiastico juncti fuere, munus tamen  
Professoris publicum in Philosophorum ac Philologorum Classe  
sustinuerunt, præter dictos HERRENSCHMID, SCHMID, Ho-  
NOLD & BECK, qui itidem in Philosophorum & Philologorum  
ordine occurrunt, Jo. FRICK, CAR. LVD. STROHMEYER, ZACH.  
HERMANN, CASP. FVNCK & nuperrime defunctus DAV. AL-  
GÖWER, ex Sacro denique Ordine, qui nomen aliquod in cla-  
ris eruditis habuere: PETR. HVBER, bis Senior R. Minister fa-  
ctus, LVD. BISCHOFF, BALTH. KERNER, JO. MECKEL, MARC.  
WOLLAIB, SAM. EDEL, JO. CONR. MAYER, CHRISTOPH.  
WAGNER, DAV. GEIGER, HENR. WEYHENMEYER, JO. PHIL.  
CELLARIUS; quibus ex Pastoribus ruren[s]ibus Vlman. jungimus,  
WOLFFG. BACHMANN, BONIF. STÖLZLIN, JO. JAC. BAVL-  
LERVM, JO. MART. MILLER ac JO. CASP. MÜRDDEL. Ex  
Jctis advocamus RVD. WICK, HIER. SCHLEICHERVM, SEBA-  
STIANVM Patrem, & JO. JACOB. filium, OTTONES. Quibus addi-  
mus magnum illustr. Reip. nostræ dum vivebat, decus, Consultiss.  
nempe ac Excellent. MARCVM TOB. DE NEVBRONNER, J. V. D.  
& Prætorem urbis meritis ultra laudem nostram positis insigniter  
conspicuum, atque ex Generofissimis Dnn. Filio homonymo,  
ac Nepotibus FRANC. DANIELE & itidem MARCO TOBIA Pa-  
tricia ac Senatoria dignitate apud nos exsplendescitibus claris-  
simum. DAV. GVTHERVM, ERNEST. GOCKELIVM, JO.  
STEPH. BVRGMESTER ac JO. JAC. MILLERVUM. Ex Me-  
dicis LAVR. GVALT. KÜCHEL, GREG. SALZMANN, JO. WOLFG.  
RABVM, CHRISTOPH. FINGERLIN, JO. SCVLTETVM, JO.  
DAN. DIETERICH, GREG. HORSTIVM, Jun. JO. GE. REG.

VILLINGER, JO. GEORG. & EBERHARDVM, GOCKELIOS,  
 PETR. ROMMEL, ALPH. KHON, MELCH. FRICK, VIT. RIED-  
 LIN, JO. FRANCVM, ac nuperrime defunctum JO. DIETERIC.  
 LEOPOLD. Ex Philosophis & Philologis præter aliquos jam lau-  
 datus Jo. CONR. MERCK, JO. MAYER, MATTH. MÜLLER,  
 JO. WILH. DIEZ, MATTH. HONOLD, MARTIN. WOLFARTH,  
 EB. RVD. ROTH, CONR. DAN. FRICK, ac MARC. BRAVN,  
 qui duo posteriores tamen etiam muneribus Ecclesiasticis functi  
 sunt; prior nempe Pastor Pful. poster. Jungingen. Quibus ad-  
 dimus duos, qui scientia Mathematica cumprimis claruere, JO.  
 FAVLHABER, & MICHAEL SCHEFFELT. In secunda Clasfe, eo-  
 rum nempe, qui aliis ex locis huc fuere evocati, & VLMAE na-  
 tales suos non debent, (ad quos tamen eos quoque referimus,  
 qui sponte sua VLMA M habitatum concederunt & ibidem ho-  
 norum muneribus functi sunt,) laudamus *Theologos*, CONR. SA-  
 MIVM, LUDOV. RABVM, SAM. NEVHEVSE, JO. VESENBECK,  
 CONR. DIETERICVM, BALTH. GOCKELIVM & DAN. RING-  
 MACHERVM, *Seniorem* olim nostrum, piæ & desiderabilis me-  
 moriæ; JCTOS MATTH. STÜRZEL, & PHIL. ANDR. FRÖLICH.  
*Medicos*, JO. SEB. BLOSSIVM, GREG. HORSTIVM *Seniorem*,  
 ANT. BOXBARTRVM, & CONR. BVCKARD. VOGTHERVM.  
*Philologos* ac *Philosophos*, GREG. LEONHARDVM, MARTIN.  
 BALТИCVM, JO. BAPT. HEBENSTREIT, JO. PHIL. EBELIVM;  
 denique JOSEPH FVR滕BACH & MART. ZEILLERVUM, quo-  
 rum ille dignitate Senatoria, hic antea in Scholis discipulus, post  
 munere *Ephori Gymnafii* Sec. super. nostra in Patria exsplenduit.  
 Quos denique VLMA nostra aliis dederit Doctores, nunc quo-  
 que proferemus. Ex *Theologorum Choro* præsto sunt, MART.  
 FRECHT, MAGN. AGRICOLA, CHRISTOPH NEVBERGER,  
 LEONH. HVTTER, LAVENT. SCHEVRLIVS, ANT. HAIL-  
 BRONNER, & fil. JO. FRIDR. HAILBRONNER, GOTTHARD  
 LÖSCHENBRAND, JO. JAC. MÜLLER, MATTHAEVS KVM-  
 MER, JO. GVIL. MAYER, JO. GE. DIEZ & adhuc diutissime,  
 quod optamus superstites, JO. FRID. BERTRAM, JO. VLR. HIL-  
 DENBRAND, & AVUNCULUS noster filiali obsequio prosequendus  
 EL. THEOPH. DIETERICH. In foro *Jctorum* reperies MARC.  
 OTTONEM, JO. AD. DAPPIVM, PAVL. BVRGMEISTERVM,  
 JO.

*Docti Viri,  
qui aliunde  
buc sunt  
evocati.*

*Ob erudi-  
tionis fa-  
mam con-  
spicui Vlma-  
ni extra Pa-  
triam pro-  
moti.*

JO. FRICKIVM, Sobrinum nostrum longe honoratissimum, nuperime multo ac magno nostro mœrore defunctum, JO. WOLFG. RITTERVM, Consiliar. illuſtr. Reip. Auguſtanæ, cui Seni ob Senectam rude donato, fausta quæque pie optamus; ac fama meritisque hodie florentissimum JO. VLR. CRAMERVN, qui ut in Juris prudentiæ & Philos. decus porro vivat, precamur. Ex Medicis proferre possumus JO. HENISIVM, JO. DAN. HORSTIVM, LAVR. STRAVSIVM, CAR. LVD. FVNCK; Philologos ac Philosophos ut adhuc quosdam producam: principem inter eos tenent locum PETR. AGRICOLA, GEORG. PFLÜGER & quem primo loco ponere debuissim JO. FREINSHEM. magnum illud orbis literarii fidus, ejusque frater MELCHIOR, & ex superstitionibus M. GODOFR. HECKING. Ex Mathematicis speciatim nominare possumus clarissimi nominis viros haud ita pridem defunctos CHRISTOPH. PFAVZIVM, VLR. JVNIUM & JO. BALTH. LATTERBACH. Quibus ut adhuc subjungamus celeberrimum illum Annal. Suevic. editorem, MART. CRVSIVM, vix dubitamus. Et hi sunt præcipui, qui quidem memoria succurrunt. Horum ut & aliorum VLMENSIVM clarorum vitas & scripta alio tempore auxiliante DEO sub VLMAE LITTERATAE (*des Gelehrten Vlms*) rubro publicæ lucis nosmet facturos esse, publice promittimus. Peperit vero sibi famam nomenque perenne Nomen au-alma nostra VLMA non solum, quod eruditos viros educaverit tem famam-  
 ac foverit, sed etiam quod *Inclitus Senatus* in restaurandas poli- que VLMA  
 tiores literas curam intenderit maximam. Testatur id BIBLIO-peperit  
 THECA nostra P. magnis cum sumtibus congesta, splendidissima Bibliotheca  
 fane, ac pretiosissimis optimæque nota Libris refertissima; te-sua Publica,  
 stantur vero id multo dilucidius SCHOLÆ VLMANAE jam ante & Gymna-  
 Reformationem celebrata, post Reformationem emendata, po-  
 steaque in Gymnasium erecta, quod hodie adhuc floret, & ut, eft, floren-  
 quod D. T. O. M. benignissime velit, ad finem usque mundi fe-  
 liciter perennet optamus. Quemadmodum vero ii laudem omni-  
 no merentur maximam, reique literariæ magnum afferunt usum  
 decusque, qui quantum cultus ac restauratio literarum huic vel  
 illi Regioni aut Reipublicæ debeat, scriptis suis erudito orbi o-  
 ffendere allaborarunt, Historiamque Scholarum celebriorum con-  
 texuerunt, id quod uti & magni & clarissimi Viri, de diversa-  
 rum

rum Nationum & Rerumpubl. meritis in rem Literariam commentati, fecerunt: ita crebrius mentem meam subiit admiratio, quo illustriora sane VLMAE nostræ in Eruditionem & rem literariam sunt merita, quænam iniqua intercesserint fata, quibus ne ulli quidem Eruditorum nostratrum hoc laudando labore ad hunc usque tempus fungi vel licuit, vel libuit, quo minus scripto ostenderent, quantum Eruditio & res literaria *illustri Reip.*

*Cujus fata  
hoc loco de-  
scribendi a-  
nimus est.*

VLMENSI debeat. Cum itaque hanc nobilissimam materiam à doctissimis meis civibus derelictam viderem, amor in Patriam dulcissimam ac Gymnasium, in quo mea qualiacunque literarum studia imbibi, stimulum animumque mihi addidit, ut consignando *Historiam Scholæ & Gymnasii nostri* quædam quasi elementa pro ingenii tenuitate de meritis *illustris Reip.* VL- MANAE in eruditionem & rem Literariam tradere in annum induxerim meum, usque dum alius quispiam pleniorum *Gymnasii Historiam* cum eruditis communicabit. Cæterum brevibus subsidia hac in Dissertatione adhibita, modumque ac ordinem servandum prælibabo. Ut ultimum prius expediām, dispescere placuit hanc *διατελέσιν γολαξιῶν* in duas Sectiones; quarum Prior continebit brevem fatorum Scholarum nostrarum ante Reformationis tempora, & usque ad extructum Gymnasium rectionem, hac observata methodo, ut, cum t. t. *Rectores* pri- mū in Scholis nostris occupaverint locum, eos eo, quo se in- vicem exceperunt ordine, recenseam; brevi relatione factorum memoratu dignorum, quæ sub eorum regimine Scholastico con- tigérunt, adjuncta. Posteriorem Sectionem cumprimis constituunt evectio Scholarum in Gymnasium & introductio Lectionum PP. subsequuntur fata hujus Periodi præcipua, quæ tamen, quia *Rectores* non amplius principem constituerunt locum, *ordine* quoad fieri poterit *Chronologico*, sunt enarrata, sed ita, ut, primum προ- σδιας, dein *Regiminis Scholastici* ratio habeatur. Subsidia tandem, quibus in primis in hac *Dissert.* uti licuit, sane sunt admodum pauca; nam postea, quæ F. FABER in *Historia sua Sueorum*, MART. CRVSIVS in *Annalib. Suevicis & Germano-Gracia*, & MART. ZEILLER in *Chronico Sueviae* paſſim habent, conferre solūmodo potuimus Jo. PHIL. EBELI CONR. tunc, postea *Rectoris & Profess. Logice &c. P. in Gymnasio nostro, Orationem*

*Methodus,  
quænam sit  
adhibita?*

*Subsidia,  
quibus uti  
licuit.*

*Secu-*

Secularem in I. Jubilæum Evang. A. 1617. habitum, in qua tamen in primis tantum de Rectoribus Scholæ Vlmenſis brevis sed accurata extat relatio. Conscriptis quidem MART. WOLFARTH Prof. P. quondam ac Præceptor in Gymnaſio nostro bene meritus *Historiam de fundatione & constitutione Scholæ & Gymnaſii Vlmenſis*, quam manu exarata in *Bibliotheca P.* videre licet; verum enim vero si præmissam longam Dissertationem de variarum Gentium Scholis & Scholarum utilitate & descripta Programmata defunctorum Scholarcharum, Professorum, &c. excipias, quæ materialium quidem loco haberi possunt, vix sex pagellas *recensio ipsa fatorum Gymnaſii*, eaque in nimis generalioribus adhuc subsistens, replet, & opus tantum affectum dicendum est. Reliqua igitur præterea, quæ ex Libris supra citatis & in Dissert. paſſim adhuc citandas, subsidia ex melioris notæ *Chronicis* desumſimus manu exaratis. Cuncta autem gradibus fidei utique differunt, quibus

proin etiam non æquale statuimus pretium. Atque hæc  
præmissa ſufficient, jam ipsum D E O adjuvan-  
te ordiamur Thēma nobis  
propositum.



CAPVT

CAPVT VNICVM  
 DE  
 SCHOLIS LATINIS  
 VLMENSIVM.  
 SECTIO PRIOR  
 DE SCHOLIS LATINIS ANTE  
 CONDITVM GYMNASIVM.

## §. I.

*Status  
 Scholarum  
 in Occiden-  
 te.*

**I**NDE à tempore S. BENEDICTI, omnium Occidentalis Ecclesiae Monachorum Patris, i. e. à Seculo æræ Christianæ V., omnia fere totius Occidentem solem spectantis terræ monasteria cum vetera reformata, tum nova constituta, atque non pietatis modo, verum & doctrinæ Scholæ fuere, vix tamen extra claustra sua exporrebat, in quibus Theologiam juxta & artes VII. liberales, (totidem enim S. Augustino imprimis autore, numeravit latinus Orbis. v. b. JAC. THOMASI Progr. XXXIV) monachi edocebantur. Accedit passim locorum Episcopalis Collegiis novum aliquod Scholarum genus, cuius fundamenta jecit idem Augustinus. Vix enim ullibi postmodum Cathædra Episcopalis erecta fuit, nisi Collegium insimul adjungetur Canonicorum s. Regularium, quibus hoc nomen ideo adhæsit, quod ex prescripto S. Augustini viverent, vix tamen & hic aliis quam Clericæ vitæ addictis Scholas hasce Theologiae Christianæ & ingenuarum artium frequentantibus. Nono imprimis Seculo & hæc Canonicorum aut Monachorum Collegia auspicio maxime & autoritate Caroli M. & Ludovici Pii frequentius sunt insti-

instituta. Deinceps vero in otium & luxum prolapsis cum Monachis, tum Canonicis Scholaistica institutio pene concidit, cui redintegranda consilium & operam addixere Sec. XIII. PP. RR., INNOCENT. III. HONORIVS III. & GREGOR. IX. In partem hujus laudis venerunt quoque hac ~~estate~~ oborti & Pontificia autoritate confirmati novi Monachorum mendicantium ordines. Fusius haec stilo persecutus fuit magnus HERM. CONRINGIVS Dif. III. *Antiquit. Academ. Edit. Helmstad. de Anno 1651. pag. 59.*  
sqq. è quibus priora haufimus.

## §. II.

Non itaque sola levi levis Scriptoris LYRERI fide nitimur, *In Abbatis*  
de quo v. b. MART. CRVSIVS *Annal. Suev. P. II. L. IX. fol. 337.*, *divitis Au-*  
quando monasterium Augiae divitis (*Reichenau dictum*) ejusmodi *gia.*  
doctrinæ domicilium olim suis ex eo arguimus, quod regulam  
S. Benedicti sectatur. Hoc ipsum innuo monasterium, cuius Ab-  
bati Hattoni Carolus M. præter cæteros pagos etiam suam regiam  
villam, uti nostrum Oppidum vocat ipse Imperator, subjecit A.  
C. 813. hac inter alia fine, (quaæ est conjectura FEL. FABRI)  
ut ex Vlmenium nobilioribus possent in id monasterium recipi,  
qui vellet, consequa ratione ea quoque eruditione imbuui, quaæ  
decet Sacris operantes. Vid. CRVSII *Annal. cit. P. II. L. I. fol. 10.*

## §. III.

Verum successu temporis nostra VLMA intra semet ipsam *Vlme.*  
recepit & fovit *Scholas.* Excitabimus hanc in rem testem dome-  
sticum FELICEM FABRVM, Sec. XV. Scriptorem minime rejicu-  
lum. Is autem in *Histor. Suevor. L. II. C. V. in GOLDASTI Scrip-*  
*tor. rer. Suevic. p. 257.* ita inquit: *Dum Vlmenses sic extra aug-*  
*mentarentur, miro modo ab intra in civitate profecerunt, & multi-*  
*plicabantur omnia, scil. homines, - - - SCHOLARES & o-*  
*mnium rerum negotia.* Et ead. pag. multo dilucidius, sequentem  
in modum: *Et ante multiplicationem Vniverstatum tot erant A-*  
*LIENI IVVENES SCHOLARES* (quos inter & ipse Helvetus)  
*quot jam sunt suppositi (forsitan depositi) in aliqua Vniveritate &*  
*GRANDIS BACHANTRIA ac NOMINATA erat VLMAE.* Eod.  
porro Cap. p. 259. *Nam si homo delectatur divinis Officiis - - -*

- - - *& dulci CANTV SCHOLARI - - - totum quotidie repetit in VLMA in propinquo.*

## §. IV.

*Seculo XIV.*

Respicit dictis & sua & sepe vetustiora tempora, illa nempe, in quibus excreverunt Vlmensium Opes, & Universitates multæ in Germania nondum conditæ fuerunt. Id autem contigit maxime circa dimidium Sec. XIV. vid. CRVS. Annal. P. III. L. IV. fol. 247. coll. ejusd. P. L. VII. fol. 380. Hoc ipso Seculo autem in Germania cœperunt, & in sequenti XV. multiplicata sunt Universitates, (vid. CONRING. l. c. Diff. I. p. 47.) à Studiorum, quæ tractabantur, Universitate ita appellata. Audiamus hanc in rem ipsum FABRVM l. c. p. 67. *Ante ducentos, scribit, annos in tota Germania nulla Universitas fuit, quarum tamen jam sunt plurimæ nostro ævo institute, in quibus nutrituntur Theologi, Juristæ, Legistæ, Artiste, Rhetores & Oratores; nec est villa, que careat Magistro vel baccalario, & tamen Juventutis meæ tempore pro monstro habebatur magister vel baccalarius & inter mille Clericos non reperiebatur unus, qui saltem vidisset universitatis alicujus locum.*

## §. V.

*In Cœnobiosis  
Franciscanorum &  
Dominicorum.*

Cum itaque hisce temporibus Scholæ extiterint VLMAE, non est, quod alibi per §. I. eas quæram, præterquam in Cœnobiosis, cuiusmodi v. gr. ibi fuere Minoritarum & Prædicatorum sive Franciscani & Dominicanorum Ordinis monasteria, quorum illi A. 1229., huic autem A. 1289. locus intra urbem concessus fuit. v. FABER l. c. p. 243. sq. alteri quidem calculos subducente MART. ZEILERO in Chron. parvo Suev. p. 25. sq., qui forte hæc ex CRVISI Annal. P. III. L. I. fol. 21. mutuatus est, conf. tamen Annal. cit. P. fol. 155. Verum id discriminis rei, de qua agitur, haud offici, cum in unum idemque Seculum utriusque relationis anni incidunt. Sic ipse FABER à Patruo VLMAM in monasterium Dominicanorum bonis literis & moribus imbuendus fuit traditus, immo ipse Lectorem egit. Vid. GOLDASTI Pref. Scriptorib. Suevic. premissap. 12. Nec incelebris nominis fuit Profess. Theolog. LVD. FUCHS, & famosus ex hoc ipso Cœnobia tempore Reformatioonis extitit Lector PETR. NESTLERVS, nostrâs, de quo ex b. m. D.

D. & Superint. DIETERICI Concion. Secular. v. b. FVNCCIVS in  
Reformat. Hiflor. p. 692.

## §. VI.

Pari ratione de Rev. *Wengensi Cenobio*, quod unum adhuc *R. Wengensi*  
mcenia urbis capiunt, pronunciamus, id, uti hodie, sic olim Of- *Augustiniana-*  
ficinam Scholasticæ institutionis exitissimæ, præsertim cum Regu- *no.*  
lam S. Augustini sequatur. Suppetit de hocce Monasterio testi-  
monium cordati è primis Evangelicæ doctrinæ Confessoribus Vi-  
ri Jo. EBERLINI, *Günzburgensis*, Ordinis S. Francisci olim aliquan-  
diu in nostra Civitate Monachi, ex quo colligi posset, speciali ra-  
tione ab *Inchyto Magistratu* iis commissum fuisse munus insti-  
tuenda suæ Juventutis. Extat id in ejus libro, quem vocat:  
*Die ander getrew Vermanung - - - - - an den Rath der loblichen*  
*Stadt Vlm &c. Erfurdt MD XXIII. in 4. s. pl. edito*, ubi post a-  
lia de *Cenobio Wengensi*, ejusque Dominis (*Wängerherren*) diffe-  
rens post cetera sic pergit: *Doch gedunckt mich yr erster anfanck*  
*bey euch sey gewesen, eir Kind Zucht Schul, dazu man noch möcht*  
*anzeigungen bey ynen finden. Atqui vel ex FABRO p. 244. & CRY-  
S I Annal. P. III. L. VI. f. 324. constat, Rever. hocce Monasterium*  
*intra mcenia admissum, eoque loco, quo hodie situm est, extru-*  
*ctum fuisse A. 1399. Multum tribueremus huic Viri testimonio,*  
*nisi substisit letis ipse intra solam conjecturam. Cui etiam tamen*  
*suffragantur verba aus dem Concept des Reverses de Anno 1531. d.*  
*7. Nov. sive die Lunæ post Festum omnium SS. data, zwischen Löbl.*  
*Stadt Vlm & Rev. Conventuales Wengenses, quæ sic se habent:*  
*Weil aber das Closter Wengen, wie gütlich zu glauben, und viel ge-*  
*gründet Ursachen anzuseigen wären, ursprünglich endlich darum fun-*  
*dirt, gefüsst und gewidmet ist, die blühende jugend auf das so Chrift-*  
*lich, erbar und zu allen guten tugenden und sitten gemäss und annu-*  
*thig zu ziehen &c. Verum interea dum certiora defunt, hæcce*  
*suo linquimus loco, & modo addimus, ipsam Scholarum nostra-*  
*rum originem altius assurgere, per dicenda in §. X.*

## §. VII.

Num inter jura actuum Episcopaliū, quibus præ aliis no-  
ster olim Plebanus gavisus fuit, vid. FABRVM p. 248.sqq. coll.  
B 2

*In ade Pa-*  
*rochiali.*

CON-



CONRING. *Diss. III. p. 82.* & 86. *sqq.* etiam jus Scholas habendi extiterit, ita ut Aedes nostra Parochialis, Ecclesiae episcopalnis exempla, in eo hanc quoque expreſſerit, ut in Plebani sui, qui statum duxit abundantis Episcopi, copiosa familia fuerint SCHOLARES, quorum dulcis cantus in Basilica præcipue nostra resonuerit, deficientibus testibus vix ausim definire, præſertim cum conjecturarum plus satis eruditio Lectori attulisse videbimus.

### §. VIII.

*Sub incliti  
Magistratus autoritate.*

Quicquid tamen hujus est, quin Scholæ, quas VLMAE frequentes nec incelebres fuisse ex FABRI idoneo testimonio abunde liquet, sub strenua *Incliti Magistratus* inspectione & suprema directione steterint, exinde dubitare nefas est, quod supremi juris sui territorialis gravissimi subinde & justissimi fuerunt executores, cuiusmodi memorabilia prostant exempla v. gr. apud FABRVM p. 313. *sqq.* & ZELLER. p. 37. conf. & EBERLINI testimonium, qui addit: *Das ist auch weislich gehandlet, das yr pfleger gesetz haben über ewre Klöster.* Ex vero itaque M. Jo. PHIL. EBELIVS, *meritissimus tum Gymnasii Corrector,* in Oratione Anno 1617. habita & publici juris facta p. 14. inquit: *Vlmenses hoc semper quasi proprium habuere, ut nunquam effent sine Scholis legitime constitutis.*

### §. IX.

*Rectoribus,  
M. Hieronymo Rietmüller.*

Sed agedum ex ipso hoc aeo excitabimus in confirmationem disciplinæ Scholasticæ, quæ VLMAE obtinuit, duos Rectores. De priore Jo. PHIL. EBELIVS in supra cit. *Orat. p. 15.* sequentia assert, dicens, in Bibliotheca P. extare quendam Cod. MStum (qui vero amplius non adeſt) cui hic inscriptus effet titulus: *Textus pastorales novi compoſiti à Rever. Magistro Rudolpho de Liebegg, quondam Decano Constant. Eccles. cum summa ejusdem textus & quæſtionibus, quas M. HIERONYMVS RIETMÜLLER de Oettingen tunc temporis RECTOR SCHOLARVM VLMAE ad prefatum textum conc̄ſcripsit & collegit de libro, qui Summa Confessorum intitulatur, ut materia textus copiosius habeatur.* Hunc de Liebegg eundem verosimili ratione esse concludimus, qui im Basiliſch.

selisch. allgemeinen Histor. und Geograph. Lexico sub articulo *Liebeck*, T. III. fol. 164. a. A. 1309. vixisse & Scholaſticus fuisse scribitur, i.e. appellatione p̄vetusta, qua unus Canonicorum, qui Scholæ præfuit Canonicorum clauſtris attiguæ falutatus fuit. Vid. CONRING. Diff. III. p. 67. quo temporis articulo autem vixerit RIETMÜLLER, nos quidem fugit, licet vel ex ejus ſtilo, cuius aliud exemplum in *Orat. cit.* vide, judicium formari poſſit, quod actas ejus in hoc, de quo fermo eſt, ævum incidat.

## §. X.

Alter eſt Jo. MÜNZINGER ab ILLYRICO in Catalog. Test. Et Jo. Münzinger. Verit. T. II. L. XIIIX. p. 794. Edit. Lugdun. & CRVSIO in Annal. P. zingerio. III. L. V. C. XV. fol. 301. RECTOR SCHOLÆ VLMENSIS nominatus. Recitavit hic ipſe MÜNZINGER, testibus ILLYRICO & CRVSIO II. cc. A. 1384. publice in Schola Orationem, qua corpus Christi circumgeſtari ſolitum, non eſſe DEVVM contendit, nec adoratione latræ adorandum. Defendit poſtea hanc ſuam ſententiam scriptis, negavit quoque, cruores iſtos, qui paſſim pro vero CHRISTI ſanguine adorarentur, eſſe CHRISTI ſanguinem, neque adorandos, dum ſcilicet CHRISTVS in reſurrektione omnem ſanguinem, quem effudiſſet, ſecum aſſumferit. Opponentibus fe ei Monachis, res decernente Magistratu, rejecta eſt ad Scholam Pragensem, qua quidem MÜNZINGERI propositioſes probavit, ſed tamen propter diuinitatis concomitantiam Sacra mentum adorare debere juſſit.

## §. XI.

Plura ob defectum testimoniorum & documentorum fide dignorum adduci non poſſunt: ſed haec mea quidem ſententia fatis comprobant, VLMAE ante Reformatam Religionem extitiffe Scholas, inque iis juventutem doceri ſueviſſe forte non trivium modo, ſed & quasdam Quadrivii, quod vocarunt, partes. Minimum Musica, cuius strenue cultæ indicium eſſe poterit vel à FABRO facta mentio Organorum, dulcis Cantus Scholazis & suavis melodie in diuinis Officiis audiri ſolite, quadrivii circulo inclusa fuit. Poëſeos nonnullum in noſtris monaſteriis viguiſſe ſtudium laudatus EBELIUS cit. Or. p. 16. docet ex MStis Biblioth. noſtræ

*Que artes  
& ſtudia  
tratata?*

P. Codd., è quibus videre est, versibus etiam regulas Grammaticas, & quæ ad Catalogum Librorum S. Scripturæ faciunt, inclusisse Monachos. In quorum, quæso, nisi suorum Scholarium usum? Et cum teste CRVSIO Annal. P. II. fol. ult. ALEXANDRI DE VILLADEI Grammatica, quæ in trivio prima pars est, ubique & in Suevia etiam Scholis regnum & sceptrum betulaceum annos circiter CCC. in pueros obtainuerit, donec tandem XV. Sec. (XVI. scriptum oportet) JO. BRASSICANI Tubing. & JACOB. HENRICHMANNI Sindelfingenis & aliorum eruditiora Grammatica extitere, quin & in Ulmanis Scholis hæc sic obtainuerint, vix dubitamus, præsertim cum nostra & celebritate nominis & frequentia Scholarium eminuerint, in quas non indigenæ modo sed & alienigenæ confluxerunt, unde grandis i. e. numerosa ac nominata (celebrata, benahmte, nahmhaffte) Bacchantria ante multiplicatum Vniverstitatum numerum VLMAE exstitit.

## §. XII.

(Bacchantria voce intelligi ipsam Scholasticam juventutem suadente FABRI verborum contextu arbitramur, secus ac videtur EBELIO Orat. cit. p. 14. & talem quidem, quæ circulo artium liberalium nondum egressa, nec ad adyta Philosophiæ admissa fuit, cui contradistinguuntur in Vniveritate depositi, & cursum, quem vocant, Philosoph., qui Ethica, Physica, Metaphysica olim Sec. XI. vulgo absolvebatur, jam ingressi. Eum enim in finem depositionis ritus introductus fuit, ut ex Scholis in Academias recens - venientes feros bacchantium mores deponerent, quibus antea indulgebant per feroculam primæ juventa petulantiam vix ac ne vix quidem Magistrorum virgis inhibendam. Unde factum crediderim, ut ad nostram usque ætatem Bacchantium Titulus discipulis depositionis ritu mox initiandis adhæserit, utut hodie obsoletus & injuriosus merito reputetur, depulsa per sanctiorem severioremque disciplinam fordida morum barbarie.

## §. XIII.

Quomodo tractata?

Quæ autem literarum facies tunc fuerit, ex historia illius ævi aliunde satis cognita & vel ex dictis abunde patet. Vel solius FABRI justam querelam in partes nostras advocabimus. Sic autem

tem scribit p. 93. *Apud Germanos non est Rhetorica & ornata Latina eloquentia. Muti necessario sumus, quia verba ornata, brevia & facunda exprimere non dico non valens, sed non scimus, quia non didicimus. Nam etiam Universitatibus nostris Oratoria & Poëtica penitus incognita est, & omne studium juvenum in elenchis est vanisque cavillationibus, i. e. in Dialectica spuria. Quosdam flosculos terfa sci. Latinitatis & Græcitatis in proso pariter & ligato Sermone, itemque philosophiæ haut umbraticæ, si Diis placet, festive protulit noster Ebelius l. c. à pag. 5. usque 18. & animadvertisit hos quoque in FELICE FABRO, RIETMÜLLERO & ignoti nominis FRATRE PRAEDICATORE, in cuius Codice manu exarato leguntur verba: Nicomatica Strageritæ Arestotilis, item: incipit Ethica Nicomacia Stragerici. Vel exinde tamen denuo concludimus, haud defuisse in Coenobio Prædicatorum Vlmensi, ubi hic Frater degit, qui plus aliis sapere, & invita licet Minerva Philosophiæ, quidni & artibus liberalibus, suam navarunt operam. Vbinam autem ad hæc studia tum manuducti, nisi in suis monasteriis?*

#### §. XIV.

Verum jam ad feliciora accedimus tempora, in quibus una cum religione opera Megalandri LVTHERI repurgata insimul reducta est sub auspiciis communis Germaniæ Magistri PHIL. MELANCHTHONIS nitidissima linguarum ac artium facies, quam & in nostra videre licet Schola. Succincte igitur Scholæ nostra facta præcipua à Reformationis initiosis usque ad introductas Lectiones P. recensebimus. Majores enim nostri, qui ad Reip. gubernacula federunt, nil sibi duxerunt antiquius, quam Scholas, quas noverant esse Ecclesiarum seminaria & Rerump. plantaria, instituere, iisdemque Præceptores idoneos atque eruditos præficere, ut teneri juvenes purissimam orthodoxæ religionis & almæ pietatis doctrinam cum linguis ac artibus addiscerent. Probe id gnarus Jo. EBERLIN Anno jam 23. sequens bona fide suggestit *Incl. Magistratui* de condenda vel potius reformanda Schola consilium: *Das Wänger Kloster sampt irem gut ist nuz zu ainer Kinds-Schul, do man an air Ort lere al tag ein stund morgens und eine zu vesper zeit, in Evangelischer lere die Kind, meidlein und Knäblein,*

lein, das wurd grossen nuz bringen mit der Zeit, - - - so die stund aus ist, laßt man Kind wider beim lauffen, welche anders nitt lernen wollen. Am andern ort des Klosters (Klosters) soll man eine gemeine Schul für die Kind haben, zu leren nach gemeinem brauch, wie bissher, doch das man rechtgeschaffen ding lere. Am dritten Ort soll man die meidlein leren schreiben und lesen, und domit etwas zu burgerlichem wesen dienende. Am vierten Ort soll man al tag ein stund lesen und leren, Lantrecht, Stadtrecht, Keyserliche recht, alte historien, und was zu menschlicher zucht und fürsichtickeit mag dienen. Dozu auch die jungen gesellen und alte menner geben sollen, & reliqua.

## §. XV.

*De ea Inclyti Magistratus* tamen pro intimiori rerum suarum statusque publici prudentia magis aptam & facilem rationem instituendarum Scholarum init, quæ ex dicendis patet, modo prius consilium, quod de instituendis Scholis laudatissimum cepit, ipsis suis verbis recensuerimus. Id autem videri potest ex *Agendis Ecclesiasticis*, quæ prodierunt sub titulo: *Ordnung die ain Erfämer Rath der Statt Vlm in abstellung hergeprachter etlicher misspreuch in irer Stat und gepieten zu halten fürgenommen &c. &c.* Anno Domini Tausend, fünfhundert, dreißig und ain jahr. Fol. in cuius Titulo V. von Schulen sequentia leguntur verba: *Dieweyl an Zucht der jugent allain bößferung ganzer gemain ligen will, und dieselbig aber von wenigen, wie von nötten, bedacht und verschenen würdt, uff dass wir auch in dijem unser ampts-pflicht nit umbgangen, haben wir drey Schülpfleger verordnet, ainen von uns aus Unserm Rath, ainen von Predigern, und ainen von denen, so in göttlicher Schrift und sprachen lesen werden. Diese sollen verschen, dass nyeman Kinder zu lehren (es sey teutsch oder latein, auch weder medlin noch knäblin) understand, er sey dann durch sy dazu an leben und glauben, sampt der geschiklichkeit zu lehren tauglich erkent und durch uns ain Rath zugelassen. - - - - Damit dann auch solchs fleißig und treulich bſcheb, un die, so Got mit bſonderer gschiklichkeit, der gmaint in höbern ämptern zu dienen begabt, zu rechter zeit erkennt, und dozu sy Got verordnet, uffgezogen und gefürdert werden, wollen wir, dass die gemelten Schul-pfleger (der nemlich von Predicanen, sampt dem,* der

der von Lesern dazu verordnet ist) alle Monat ain mal die teutschen und LATEINISCHEN SCHVLEN besuchen und erfahren, wie die jugent an Sitten und lehr versorgt werd, und alle viertail jar, soll der, so von aim Rath dazu gsezt ist, auch darbey seyn, uff das er mit erlerne, wo Gott wollt etwas gschikts lassen fürkommen und verhelff, das solche zu rechter zeyt aus der teutschen in die LATEINISCHEN SCHVL, aus derselbigen zu den öbern Lectionen der Sprachen, Rethoric und hailgen Schrift verordnet, und wo inen hilff von nötten, das felbig mit bösser kuntschaft uns ainem Rath beyzeiten anzaigt werd, uff das, diueywl so vil frommer, gschikter und glehrter Leuth uns von nötten sein werden, wir dasyhenig, so Got von uns dazu gethon haben will, nicht verlassen.

## §. XVI.

Ex hisce allatis manifestum quidem est, statim sub incœptam Status ea-nostra Ecclesiæ Zwinglianam Reformationem, Scholas tam ger-rum descri-manicas (ex quibus ad A. 1546. in Paralip. Annal. fol. 66. CRV-sivs unius non procul à balneis cervinis in æde Monialium abo-lita sitæ & in ea LAMBERTI BAVMGARTNERI Ludimagistri cum laude meminit) quam *Latinas*, easque non nisi publica Ma-gistratus autoritate constitutas VLMAE optimuisse, harumque curam & inspectionem præter senatoriæ dignitatis Virum & V. D. Ministrum demandatam quoque fuisse *Lectori divinarum Scripturarum & Linguarum*; quem *Schola Latina Rectorum* interpre-tatur. Ecce enim, nisi huic Scripturarum & Linguarum expo-sitio incubuisse? eo enim ordine Lectiones Scholasticae fese in-vicem excipiebant, ut primo in germanicis Scholis pueri & puel-læ germanicas literas & legere & scribere docerentur; Hinc dein in Latinas Scholas promoti latine legendi, loquendi & scribendi facultatem sibi compararent, & denique hac opera defuncti Græ-cæ Ebreæque Linguis, Rheticæ item atque Scripturæ S. ope-rarum quasi ultimam in supremis Scholis sive Lectionibus addice-rent suam.

## §. XVII.

Ex Rectoribus sub purgata Sacra EBELIVS quidem in cit. O-Sub Mi-rat. p. 19. sq. GEORGIVM (sive ut CRVSIvS verius eum appellatbagio. C

lat GREGORIVM , prout videri potest in Germano - Græcia fol.  
207. ubi versus XIX. & sq. sic se habet :

*Ac se GREGORIVM vigilem re p̄f̄st̄t̄ ipsa,  
Et forte ad curas LEONHARDVM, ceu Leo durus.)*

LEONHARDVM primum Scholæ nostræ Rectorem constituit. Verum enim vero , quo minus ei ad stipulemur , contra partes priores & principes in Schola Latina alii deferamus , facit Liber Anno 1528. VLMAE typis exscriptus , sequenti cum titulo : *Christenliche Vnderweysung der jungen, in Fragsweis, von dem Glauben, Vatter unser, und zehn Gebotten. Geprediget zu Vlm in der Pfarr, im MD XXVIII. jar. 8. 5. pl.* Catechismo huic præfationem præmisit MICHEL BROTHAG Schulmaister in Sprachen, in qua commemorat , CONRADVM SAMIVM in illum Catechismum conciones habuisse , seque eas iam publicæ lucis facere. Vocat & ibidem SAMIVM seinen theuren lieben Bruder. Ex quo solo BROTHAGII titulo cum iis, quæ §. XVI. diximus , collato patescere puto , illum in Schola Latina supremum tenuisse in prælectionibus habendis locum.

### §. XVIII.

*Status Scho-*  
*la sub eo.*

Præsertim cum Linguis, latinam, græcam & ebraicam non modo , sed & Scripturas S. i. e. harum quasi Compendium , Catechismum , juventuti semet in Schola sua tradere in citat. pref. affirmat verbis : *Will nitt allain dijs büchlein, sonder auch alle andere göttliche Schrift nach gelegenheit der zeyt und fäffigkeit der jungen fürgeben und leeren, und dasselbig durch grund der sprachen, & quidem trium, ē quibus posteriores duas æque ac latinam, gefaßt und regulirt* (i. e. Grammaticæ præceptis inclusas) paulo inferius vocat. Nempe ad literas latinas addiscendas præter alios duces selecti ERASMVS & PHILIPPVS , bujus credo Grammatica , & illius imprimis *Colloquia* , quibus postremis etiam hodiernum in Gymnasio locus relictus est ; & literas Ebræas ad cuius nisi CAPNIONIS ductum tractatas fuisse, credemus ? cum ejus discipuli omnes ferme fuere , qui hac ætate Ebraica non ne sciebant.

### §. XIX.

## §. XIX.

Juvabit ex hac ipsa *Prefat.* plura excerpere statum hujus æ-*Uberius de-*  
*tatis Scholasticum illustrantia.* Et primum quidem ex ea obser-*scribitur.*  
 vamus, cives post admissa puriora Sacra & latiorem literarum  
 faciem liberos suos in Scholis erudiendos ea frequentia qua an-  
 tea, non tradidisse, cauſſatos, cleri ordine diminuto, suis munia,  
 quibus olim præficerentur, defore; plura denique & majora stu-  
 dia, ac ætas quidem juvenilis capere posset, tractari cœpiffe. Ve-  
 rum inter alia priori objectioni occurrit, ostendendo, non alia  
 magis quam hac ætate opus esse viris in re imprimis sacra erudit-  
 is, quam ob rem etiam suadet, ut vel centum juvenes institu-  
 tioni Scholasticae committerentur, quo subinde suppeterent in  
 Scriptura S. & Lingg. exercitati probeque subacti, quibus  
**Inclusus Senatus** in urbe & ditione sua uti posset. Ad poste-  
 riorem objectionem regerit, methodum trium Linguarum tra-  
 dendarum æque facilem imo multo planiorem jam adhiberi, ac  
 quidem in una Lingua latina olim unice addiscenda haud obtinue-  
 rit. In quam rem consilium istis temporibus satis accommoda-  
 tum dedit, quod ipsius verbis exhibere liceat: *Darumb so müſſt man (meins bedunckens) die sach also angreiffen. Die jungen flux in den kinds jaren, so die ſunft nun auff der gaffen umblauffen, und alle büberey lernen, zu den teutſchen Schulen halten, die man doch fleysig und gut hie findet, das sy daselbst fertig lerten ſchreiben und leſen. Darnach in welchen man befund ain gute gelirnige art, mit denselbi- gen weyter gefaren. So wurde man ſehben und innen werden, das ein newn oder zehnjähriger Knab, ebe er auff ſeine vierzehn oder ſechze- hen jar kemē, das latein ſolt künden, leſen, reden, ſchreyben, nach aller notdurfft. Und darzu in den andern zwayen, ain ſolich funda- ment legen, das er der strengen yebung nitt mehr bedörffte. Sonder möcht in ain vatter anſaben zu ſeinem handwerk oder handel zie- ben, doch müſſt man ain folchen des tags ain ſtund oder zwu vergön- nen Lezgen zu hören, damit er in yebung deſ Lateins blib, und mit den andern zwaien fürfur, ſolliche wurden mit der zeyt aus Webern, Schneydern, Schuſtern &c., das sy Bischoff, das iſt, wächter und bir- ten geben möchten, über die gemain gottes. Quin non in Scholæ*

modo & Ecclesiæ, sed & Reip. commoda juventutem hoc modo formari posse in sequentibus addit.

## §. XX.

*Et conclu-  
ditur.*

Hicce in supplementum subjungimus, quæ, nescimus qua manu, margini saepius laudatae *Orat. Ebelianæ* p. 19. adscripta deprehendimus, ita tamen, ut fides sit penes Autorem, cuius quidem testimonium nec in cæteris vacillare experti sumus. Ita autem: **SIMON LEMNIUS** - - - - scribitur **VLMÆ prælegiſſe** **Donatum**. Est is ipse homuncio, quem **Megalander LVTHERVS Lemmichen** & **Poëtam ſtercoreum** vocat ob ejus maledicentissima in fe aliosque carmina. Vid. *Illuſtr. SECKENDORFII Histor. Lutheranis* L. III. fol. 197. & 593. Si vera hæc sunt, quæ quidem in medio relinquimus, Vlmæ hæſit cum cateris Zwinglianisimi fautoribus & ipfe huic addictus usque ad A. 1536., quo, uti dicetur, dimiſſi aliorum ſe converterunt, & iſte quidem Wittebergam ſe contulit, ex hac A. 1538. Halas Saxonum profugus factus, tandem A. 1550. Curæ obiit. v. *Gelehrten Lexicon* voce **Lemnius**. Quod autem Lectiones ejus, ſi quæ in Scholis nostris fuerunt, attinet, illæ quidem non tam in **AEL. DONATI Grammaticam** per §. XI., quam in ejus *Commentar. super Virgilium & Terentium*, ſive quod eodem recidit, in ipsum vel Terentium, vel, quod magis arridet, Virgilium ex recenſione **DONATI** habitæ ſunt, per dicenda §. XXVI.

## §. XXI.

*Dimiſſio  
Zwinglianae  
parti addi-  
torum.*

Hic Scholæ status fuit sub **MICH. BROTHAGIO**. Quamdiu is vixerit, & de Schola noſtra meruerit, nobis non conſtat. Quin tamen A. 1536., quo omnes **ZWINGLII** aſſeclæ **VLMA** dimittebanſt, pura **LVTHERI** doctrina introducta, idem fatum cum ſuis ſequi maluerit (modo in vivis adhuc fuerit) quam faniora quidem Megalandri **LVTHERI** dogmata amplecti, eo probabilius eſt, quod non tantum à partibus **ZWINGLII** ſtererit, *Catechizmum SAMI* quippe publice professus, in quo haud obſcura Zwinglianisimi in *dogmate praesentia CHRISTI in Cœna*, continentur indicia; ſed etiam quod ab eo circiter tempore Scholasticae institutionis fama optime audire & de Schola noſtra mereri

mereri cœpit, GREGOR. LEONHARDVS *Almangavus*. Quo cum optimè consentit, quod hujus Rectoratus initia in A. 1536. referantur in margine *Orat. Ebel. p. 19.* ab incerti autoris manu.

### §. XXII.

Hunc enim alterum & pure Evangelicum Scholæ Rectorem jam Alter Rector laudamus. Is quidem jam ab A. 1527., ad minimum ex CRVS I Gregorius calculo (vid. Germ. Græc. fol. 231.) Collega BROTHAGI fuerat. Leonhardus. Scholas enim CAPNIONIS græcas, quas maxima cum laude trivit, linquens LEONHARDVS Patriæ nostræ tam charus tamque acceptus fuit, ut non juventus modo Scholastica ejus institutio- ni publica mandaretur, sed & verbi divini Præcones ei scelē in gracie literis discendis committerent. v. CRVS. Germ. Græc. fol. 208. Cum itaque latina græcaeque doctissimus atque in artibus & disciplinis probe subactus esset, evasit domi forisque celebris, v. CRVSIVM; qui & ibidem eundem à didacticis virtutibus ex merito prædicat. Coll. CRVS. fol. 231.

### §. XXIII.

Is ad an. usque 1557. Rectoratum gessit, quo rude donatus & ab Officio Scholico cum honore fuit dimissus, uti quidem CRVSIVS in Germano-Græcia fol. 233. contendit. ZEILLERV斯 vero in Chron. parvo Suev. ad. an. 1558. p. 117. annum factæ di- missionis quinquagesimum octavum esse, afferit. Sed nos hac in re CRVSI majorem fidem habemus quam ZEILLERO, quippe ille non solum LEONHARDO ætate proximior fuit hoc, sed in- super discipulus ejus, qui cum præceptore sæpius per literas est collocutus.

*Institutionis  
ejus terminus à quo &  
ad quem.*

### §. XXIV.

Florentissima jam A. 1531. fuit Scholæ nostræ conditio & con- cursus juventutis ad eam frequentissimus, LEONHARDI impri- mis eruditione & in docendo dexteritate passim locorum per- crebescente, ita ut multitudini Scholarium capienda haud amplius sufficeret Schola, quam tum constituit dormus Summum Templum versus meridiem spectans, quæ vero hodie in *Sitophylacium publ.* mutata, adhuc tamen Schola *vetus* (*die alte Schul*) audit: sed in

*Locus Scho-  
la sub Leon-  
bardo.*

monasterium Franciscanorum, maxima parte horum antea, post incep tam Reformationem anni ejusd. m. Octobr., cœnobio de reliquo, ex oppido migrante, Scholam transferre necessum esset, ubi & hodie sedem suam habet fixam. Vid. EBEL. l. c. p. 19. sq.

## §. XXV.

Frequentia  
& celebri-  
tas Schole  
sub eo.

Ne vero putes, multitudinem Scholarium tantum constituisse civium Vlmenium liberos; nam undique exteri tam nobil es, quos inter PAVLVS Comes à Schwarzenberg, Dominus in Hohenlantsberg & Bulnheim, (vid. D. VITI MYLLERI Oratio de Vi ta & Obitu D. MART. CRVS I p. 11.) tanquam Luna inter cæ teras coruscantes Stellas emicuit; quam inferioris paululum conditionis juvenes VLMAM confluebant, LEONHARDI audiendi gratia. Testatur hoc ipsum de eo CRVSIVS, qui ipse quoque, (uti supra §. XXIII. monui) discipulus LEONHARDI ab A. 1540. per aliquot annos in paucis carissimus fuerat, in suæ Germano-Græcia L. V. C. II. Carmine X. (quod in honorem Gregorii Leonhardi J. V. D. creati & LEONHARDI Rectoris filii conscriperat) fol. 207. ita canens :

*Formandaque Juventuti non aptior alter.  
Ergo juventa frequens semper confluxit ad ipsum,  
Quam fide rexit per multos impiger annos:  
Semper alens secum MENSAS SEX, teclaque præbens,  
Ad quas, MVLTAQUE NOBILITAS, clarique BARONES.*

Is ipse CRVSIVS porro in *Annal. suis passim* multos nominat, qui VLMÆ fuerint ipsius condiscipuli, viros, & de Ecclesia, & de Republ. meritissimos. Conf. Germano-Græcia Carmen cit. in quo fol. supra alleg. sequentes quoque exarati sunt verbus:

*Trojus hinc ut equus, Schola multos edidit ejus,  
Quorum opera est hodie Ducibusque DEOque probata.*

## §. XXVI.

Modus  
traditio-  
Scholastica.

Docuit alios LEONHARDVS Latina, alios Græca, quibus subdidit Logica, & ea quidem ex PHILIPPI MELANCHTHONIS Libellis; v. CRVS I Germano-Græc. fol. 235. Hunc certe in di scendo

scendo ordinem sub ejus ductu tenuit CRVSIVS. Vid. II. cc. Quales præter has prælectiones ceteræ fuerint, cognoscere licet ex verbis ERHARD. CELLI in ejus *Orat. in funere b. D. JAC. HEERBRANDI* recitata § 1600. *Tubing. edita in 4. quibus pag. 31. Statum Scholæ nostræ circa annos 1526. & 37.* sic describit: *Vigebant studia tum VLMÆ pro temporis istius statu tolerabiliter, Latina & Greca Grammatica, Epistole Ciceronis, Colloquia Erasmi, Virgilius.* Iple enim b. Vir per fœsquiannum LEONHARDO adhaerat, sub ejus institutione jactis Latinae & Græcae Lingg. Grammaticis satis bene fundamentis vid. l. c.

## §. XXVII.

Cæterorum autem LEONHARDI in Scholis Collaboratorum nullæ ad nos transit memorie, præterquam duorum JOACH. WANGERI & GEORG. WOLFII, qui & V. D. Praecones in agro Vlmensi fuere. Vnum horum A. 1536. alterum A. 1546. Præceptores Classicos egisse deprehendi in Catalogo quodam MSto Συνεγγων Scholæ § Gymnasi Vlmensis.

## §. XXVIII.

Decus tamen & emolumentum insigne nostræ Scholæ & Ecclæ sub idem tempus accessit egregiis in utramque meritis MART. FRECHTI *Theol. Licent. celeberrimi.* Is Heidelberga VLLAM ad docendos S. Literas A. 1531. vocatus, postea post SAMI obitum A. 1533. Ecclesiastarum Vlmenf. Superint. renunciatus fuit. Anno autem jam 31. neo-conversos Sacerdotes rurenses in primariis orthodoxæ fidei capitibus in Choro Basilicæ instituebat & S. Scripturam iisdem explicabat Latina Lingua hebdomadatim singulis Jovis diebus vid. b. D. DIETERICI *Jubel-Predigt in B. FVNCKI Reformat. Histor. p. 706.* Idem vero quoque primus in Schola Scholaribus JVSTINI *Epitomen Historiar. & Origines Imperiorum totius mundi* prælegebat atque exponebat. Vide sis ZEILER. l. c. ad A. 1531. p. 95.

## §. XXIX.

In FRECHTI & LEONHARDI tempora A. 1548. incidit famosum illud INTERIM, quo effectum, ut & Ecclesia & Schola Status Schole la sub Interim. FRECH-

FRECHTI desiderabili inspectione & doctrina orbaretur. Is enim ob recusatam Interimisticam formulam una cum suis Collegis exilio carceribusque multatus, postea tamen illis rursus liberatus A. 1551. *Professione Theologica & Stipendii Theolog. inspezione*, quod *Tubingæ* est, fuit condecoratus. Vid. D. DIETER. l. c. p. 719. Et verendum, ne miser & ærumnosus eo tempore fuerit *Scholæ nostræ* status, sed pessima hæc temporum injuria occasionem subministravit Scholas nostras in meliorem evehendi conditionem.

## §. XXX.

*Scholæ in  
melius mu-  
tatio sub b.  
D.Rabo Su-  
perintend.*

Nam post discussas turbas Interimisticas & restitutam sacerdotiam doctrinam *Inclytus Reip. Magistratus* Summe Rever. LVDOV. RABVM, alias GYNZER dictum, v. Gelehr. Lexic. voce Rabus, Theologiae D. & V. D. Ministrum Argentorati celebratissimum *novum Ecclesiæ nostræ Superintendentem* suau FRCHTI A. 1556. v. D. DIETERIC. l. c. p. 725. huc evocavit, ut Ecclesiæ non minus ac Schola melius confuleret, quod negotium is etiam curæ cordique habuit, omnibus ad exemplum Gymnasii Argentinensis constitutis & emendatis. Suscepserat feliciter id ipsum negotium antea A. 1554. in patria sua *Memminga* o managiens D. RABVS, v. CRVS I Germano-Grec. L. V. fol. 218. & jam eius Consiliis & auspiciis Scholæ quoque nostræ consultum fuit.

## §. XXXI.

*Scholarcha  
Leonardo  
& III. Re-  
store M.Pe-  
tro Agrico-  
la.*

Quin autem socios curæ & operis adsciverit sibi LEONHARDVM nostrum, & hujus in *Rectoratu* successorem M. PETR. AGRICOLAM, haud dubitamus. Evidem LEONHARDVM *Inclytus Senatus* à laboribus Scholasticis A. 1557. clementer relevavit, uti petierat, senio laboribusque fere confectus (XXX. enim annos pulverem Scholasticum molestiamque devoraverat, & sexagenarius jam dum fuerat) benignissime tamen idem in Scholarcharum numero esse jussus est, & quotannis certum accepit salarium, v. CRVS. l. c. Quin &, hoc teste, suo monitu ei successor anno jam 57. datus & laudatus AGRICOLA ipsius olim discipulus, quem filii loco habuit, & CRVS I Ulmae condicipulus, quem is ipse atate & eruditione sese majorem prædicat.

## §. XXXII.

## §. XXXII.

Hisce potissimum Triumviris, haud vane credo, *Scholæ non In anno factæ emendationem perfectam fuisse.* Discrepant quidem circa æta mutationis annum, quo hæc facta sunt, ii, qui aliquid hac de re scriptum re-liquerunt. Nam M. SAM. NEVHEVSER annum Seculi *quinq[ue]gesimum septimum* ponit in sua *Biographia D. LVDOV. RABI,* (quam rythmis conscripsit germanicis, quæve inter Codd. MStos in Biblioth. nostra P. asservatos, conspiciendam se præbet) ibi-dem sequentem in modum canens:

1557. Die Schuol zu VLM auch reformiert,  
10. Nov. Mit gueten Preceptoren ziert.  
Examen zwey jährlichen thut,  
Ordnen, Lateinischer Schuol zu gut.  
Ein Visitation bestellt,  
Welche das Schulwerckh mol erhebt.  
Viel gehrter Leut erzogen sein,  
Daraus, beweist der Augenschein.

Alteram tenet sententiam B. D. DIETERICVS in *seinen Jubel-Predigten l. c. p. 726.*, annum nempe *sexagesimum primum* pro Anno factæ mutationis venditans. ZEILLER vero *l. c. ad a. 1558. p. 117.* annum dictitat esse *quinquagesimum octavum.* Sed nos plane rejecta ultima sententia, duas priores diversas opiniones facile invicem possimus conciliare, si NEVHEVSERVM incepit, DIETERICVM vero ad finem perductæ emendationis tempus indicare, dicamus. Sic dicta prioribus apte cohærent.

## §. XXXIII.

Summa vero factæ hujus emendationis in hoc consistebat, *Summa emendationis Scholæ.* quod *Generosi ac Magnifici Domini Aediles* primi constituerunt Scholarchæ & Scholarum Inspectores, post hos *Directorem Scholarum Superintendend.* ageret, quem hac de causa Ecclesiæ & Scholarum Superintendentem vocat CRVSIVS Annal. P. III. L. XII. fol. 811. Ab hoc secundum locum tenerent V.D. VLMÆ Ministri, qui Scholas diligenter inviserent, & quovis mense Convenitum Scholasticum haberent; in quo ea, quæ identidem ad ampliorum

D

rem

rem *Schola* emendationem pertinerent, proponerentur, quæ autem gravioris momenti ipsis visa essent, ad *Generosos ac Magnificos Dominos Aediles* deferrent. Examina quoque annua verna & autumnalia habenda præscribebantur. Conf. consimilem *Schola Memmingensis* ductu B. RABI factum emendationis modum ap. CRVSIVM fol. 218. *Germano-Græc.* Schola quoque tunc temporis nondum in Classes distincta in quinque distribuebatur, & cum sub idem tempus pauci, qui ab A. 1531. remanserant, (v. §. XXIV.) Monachi Ord. S. Francisci sive stationis per suam desidiam & inscitiam obsolescentis pertuli sponte sua Cœnobium plane desererent, id ipsum totum A. 1558., excepta æde, in Scholam conversum est. Vid. EBEL. *Orat. cit. p. 21.*

## §. XXXIV.

*Agricola &  
Schola no-  
stra evoca-  
tur.*

At, quæ rerum est vicissitudo, *Rectorem* suum **AGRICOLAM**, virum virtutibus maximis & insigni eruditione ornatum nimis propere amisit *Schola nostra*; nam pietas ejus, fides sincera, gravis vita ac morum suavitatis, industria denique ac dexteritas in teneris mentibus formandis valens, (ut gravissimi Theologi & Historici profundissimi D. DAV. CHYTRÆI in *Saxon.* sua L. XXII. fol. 589. Edit. Lips. de Anno 1599. mea faciam) sic undiquaque percrebuit, ut Sereniss. Princeps **WOLFGANGVS**, *Dux Palatino-Neoburgicus* eum è *Schola nostra* ad se vocaverit & filiorum suorum educationi præfecerit. v. EBEL. l. c. p. 20. sq. & CRVSIVS in *Germano-Græc.* fol. 233.

## §. XXXV.

*Præceptores  
sub Recto-  
ratu Agri-  
cola.*

Indicare & hic liceat nomina eorum ex *MSto Catalogo*, qui sub *Rectoratu AGRICOLÆ* de Scholis nostris meriti sunt, præceptores, JODOCVS REISSENSTEIN, *Weida-Variscus*, LEONH. HVTTERVS, Pater celebratissimi istius Theologi Vitebergensis D. LEONH. HVTTERI, SEVERIN. ROMER (al. RENNER) & AEGID. BISCHOFF.

*Succedit ei  
Martinus  
Balthicus  
Rector IV.*

## §. XXXVI.

In vices *AGRICOLAE* surrogatus est A. 60. vid. CRVS. *Germano-Græc.* fol. 233. coll. EBELI *Orat. p. 22.* MARTIN. BALTHICVS

THICVS Bojus, qui, quod Monachii in Scholis Catechismum B. LVTHERI publice docuerat, Patria excedere coactus fuit, quin parum absfuit; ut fustigationis pœna ipsi fuisset irrogata.

## §. XXXVII.

Erat vir (ut verbis B. EBELI l. c. p. 22. utar) in omni πιστῷ Status Scho-  
νῷ ἐπιστῆμαι versatissimus & Poëticæ scientie imprimis clarus. Extant le sub eo.  
ejus de Mulico nostræ Aedis basilica Organo versus quidam à  
CRVSIO excerpti in *Annal. Paralip.* fol. 66. adscripta quoque est  
margini *Orat. cit. p. 22.* ejus *Veratio Evangeliorum Dominicalium.*  
Introduxit quoque primus in *Scholas nostras Dramata & Actiones*  
*Scenicas* (uti has primus in Germania produxit A. 1497. Jo. CAP-  
NIO V. ZEILLER. l. c. p. 78.) in quibus margini *Orat. EBEL. p. cit.*  
adscripta commemorantur ejus Joseph, Daniel & Natalitia Do-  
mini. *Dramata* tandem eo in loco agebantur, quo Dominicanorum  
Ædes extorta fuit. Ea enim à Dominicanis, quorum o-  
mmino XXVI. fuerant, relicta primum in *Sitophylacium*, dein  
suauo & auspiciois Jos. FVRTENBACI A. 1641. in Scenam con-  
versa fuit, in qua Studioia Juventus fabulas ageret, quarum pri-  
mam dicto loco in *Theatrum* produxit A. 1650. Jo. CONR.  
MERCK. Ad hæc tempora quoque referimus CRVS I Gramma-  
ticar. Græcar. usum in *Scholas nostras introductum*, vid. ejus  
*Germ. Græc. fol. 182.* Cæterum impubis ferocula moribus casti-  
gandis severus ac gravis Magister fuisse dicitur EBELIO *Orat. cit.*  
p. cit.

## §. XXXVIII.

Adduci h. l. necessum, quod hujus BALTHICI temporibus *Preceptores*  
jam à quibusdam sex Scholarum mentio fiat; ad id forte addu-  
sub eo, &  
ctis, quod in subscriptione *Formula Concordiae* post Vlmanos V. quot Scho-  
D. Ministros sex sequentes sua subscripterunt nomina, & quidem  
ordine subsequo:

MART. BALTHICVS.

LEONH. VENATORIVS.

(al. WEIDMANN.)

NICOL. SIZLINVS.

AEGID. BISCHOFF.

ABRAH. SEIZ.

ERHARD. DRECHSLER.

Verum enim vero bene notandum , t. t. ob multitudinem puerorum primæ seu infimæ Classis in ea *Hypodidascalum* fuisse constitutum (is ipse ultimo loco positus DRECHSLERVS fuit) qui cum disciplinæ suæ subjectis pueris *Præceptor novæ Schole* , ast immerito , est appellatus . Præter superius citatos in *supra alleg.* *Catal. MSto & reliquo* , uti reperi indicabo , PETR. HYPODEMANDRVM f. SCHVMANN , STEPH. APPEL: *Weissenburg* , SIMON. EILBER *Olsnicio - Misnicum* , MART. MAYER *Vlmens.* CONR. HONOLD *Weidenstättensem* , M. TOB. EISENMENGER *Lusatium* , GE. VEYEL , JO. CONR. KARG *Labro - Francum*.

## §. XXXIX.

*Baltico ru-*  
*dedonato fit*  
*Sizlinus Re-*  
*stor V.* De cætero postquam XXXII. annos provinciam Scholasti-  
cam obiit , eadem A. 1592. sua soribus D. VESENBECKIO (qui  
post factam A. 1590. rudis donationem D. LVD. RABI *Superin-*  
*tendens & Director Scholæ* fuit creatus) & Confilio Scholico sele ab-  
dicavit , ac uti quidem verba MSta cit. *Orat. p. 22.* habent , per a-  
liquot annos *Causidicum* sive *Advocatum* egit , & Sec. XVII. anno  
primo ē vivis excescit , (vid. ead. verba MSta l. c.) ampla post-  
modum *Rektoris* Sparta NICOL. SIZLINO *Almangavo - Weingar-*  
*tenfi* , IV. Classis *Præceptori* fuit delegata.

## §. XL.

*Status Scho-*  
*la sub eo.* Eodem anno V. D. Ministris , Ordinariis hucusque Schola-  
rum Visitatoribus , duo ex Ordine Juridico , totidemque ex Col-  
legio Medico sunt additi , qui quoque publicis adessent examini-  
bus.

## §. XLI.

*Sizlinus ex*  
*Rectore In-*  
*spector*  
*Schola.* *Characterem animi SIZLINI nullis verbis melius , quam EBE-*  
*LI L. c. p. 22.* possum delineare ; ibidem enim inquit : *fuit (SIZ-*  
*LINVS nempe) pectus vere Alemannum , omnium humaniorum vir-*  
*tutum exemplum , Græcarum & Latinarum artium promus condus e-*  
*rudiendeque juventuti solertissimus ac perfectissimus artifex.* Præfuit  
quoque Scholis nostris ad annum usque 1606. magna diligentia  
ac fidelitate , sed hoc ipso anno ob ingravescentem senectutem  
attritasque vires dimissionem petit officii , qua in re non solum  
voto

voto fuit damnatus, sed & *Inclitus Magistratus* memor ipsius operæ egregie in *Scholas* impensæ, suum Salarium quotannis pendì jussit, ipsique munus insuper *Inspectoris Schole* demandavit, usque dum illius Sec. A. 16., uti scriptum legimus in *margine Orat. cit.*, fato functus est.

## §. XLII.

In locum ejus eodem anno suffectus est M. JEREM. JACO- *M. Jerem.*  
BVS, Praeceptor hactenus IV. Classis, *vir artibus quidem parvus Jacobus VI.*  
(unde & JAECKLIN vulgo audivit) *aest artibus magnus ac excell-* *Schola Re-*  
*lens. Conf. EBEL. l.c. p. 23.* Hoc anno insimul *quinque Classis* *& tor.*  
superaddita fuit *sexta*, infima ob copiam puerorum in duas divisa.  
Verum naturæ debitum præmaturo exsolvit fato, anno scil.  
jam dum *Seculi bujus decimo* ex hac terrena in cœlestem evoca-  
tus Scholam.

## §. XLIII.

Restat adhuc ultimus prioris hujus Periodi *Schola nostræ Re-* *Ultimus de-*  
*& tor, Vir,* teste EBELIO l.c. p. 24., mere ac mire doctus, nempe *nique hujus*  
M. Jo. BARTISTA HEBENSTREIT, Augustanus P.L.C. *& antea* *Periodi Re-*  
*Schol. Lindav. ad Lacum Bodamicum Rector,* cuius etiam elogium *tor fuit M.*  
vide sis in *Progr. Invitat. ad Disp. Circular.* Hic m. Jun. A. 1610. *Jo. Bapt.*  
Rector Scholæ fuit constitutus. v. EBEL. l.c. p. 24., eidemque *Hebenstreit.*  
per XIII. annos usque ad annum Seculi hujus XXIII. præfuit, quo  
officio suo abiit, idque depositus, uti habent verba B. D. DIETE-  
RICI in *Orat. A. 1623.* habita, cui titulus: *Rector & Praeceptor*  
*bonus,* in qua illi *verba bona, vota pia, fata benigna christiane pre-*  
*catur.* Brevi in hoc tempore Status *Schola nostræ* ter fuit muta-  
tus, primum A. 1613. dein A. 16. ac denique A. 22. de duabus  
prioribus in *hac Sectione* nobis fermo erit faciendus, ultima ad  
*II. Sectionem* rejecta.

## §. XLIV.

Fundamenta prioris mutationis jam sub directorio B. VE- *Que Anno*  
SENBECCI & Rectoratu JACOBI jacta sunt; nam hisce adhuc 1613. con-  
sultata?  
in vivis *Conventui Scholastico* fuit demandatum, ut de emandan-  
da, restauranda & in majus fastigium evehenda *Schola Consilia*

sua *Generosis ac Magnificis Dominis Aedilibus* aperiret. Id quod factum Restore HEBENSTREITIO. Excitabimus hanc in rem ipsius Viri verba ex ejus *Oratione* in altera Johannali solennitate A. 1615. habita (anno enim 14. ob non nauci caussas, quas vocat, actus hic intermissus fuit) & extante in *Volum. Orat. MStarum I. fol. 160.*, quæ ita se habent: *Ergo igitur jam biennium est ipsum, ubi quecumque multis annis ante disceptata, liberata conscriptaque fuere, de commoda, laudabili, certa, firma, adeoque necessaria emendatione & confirmatione plurimorum, quæ cum Pædiæ modum & formam attinebant, tum vita juventutis moderandæ & ad verum decus promovendæ commodo scisci poterant, ea tandem collecta, subalta, ordinataque in chartas & libellos relata sunt, Magistrati oblata, & ab eodem rata tandem habita, solenniter die quadam festa ad universos Ludi nostri præfatos, fautores & cives pronuntiata; haec tenus HEBENSTREIT.* Summa, quod προδείξω attinet, hisce constabat, ut 1.) Sana doctrina orthodoxæ religionis ex *Corpo Doctrina D. LEONH. VUTTERI & Catechismo Germanico LVTHERTI addisceretur, 2.) Græca & Latina Lingg. solide caperentur, 3.) artes organicæ rationis & orationis ultra mediocritatem docerentur, 4.) Ifagoge in partes omnis Philosophia exhiberetur, cui merito Historia ceu necessarium Studiorum & vita adjumentum jungeretur, ac denique 5.) Exercitationes declamatoriae & disputatoriae, ut & pro re nata etiam Scenicæ introducerentur, illa menstruæ, istæ bimestres, hæ anniversariæ, v. *Progr. Invitat. ad Diff. Cyclic.*, ut juvenes de eo, quod fuerint edocti, publica μελλοντικῶς edere possent specimina. Primum A. 1617. mensibus æstivis (in diebus credo canicularibus) exhibutum *Drama* erat *Tragicum*, nempe *SAVRI Lusatii Conflagratio Sodomæ Latine & cum versione rythmica Jo. CONRADI MERCKII Vlmæ typis eodem anno publicata.* Hæcce consilia à *Dominis Superioribus* confestim non solum sunt approbata, sed etiam effectui data, ac juxtim, id quod alterum deliberandorum fuerat, cum *Leges latæ*, tum *Statuta communia (allgemeine Schul-Ordnung)* fuerunt publicata, de quibus tamen singulis eorumque contentis paulo fusius in *Sect. II.* differere nobis licitum erit.*

§. XLV.

## §. XLV.

Rebus sic justum in ordinem dispositis, A. 1613. d. 3. Febr. *Et qua effe-*  
*Confilium Scholicum confirmabatur, quod tum constabat Triumvi-* *Eui data?*  
*ratu partim Scholarcharum, partim Duodecimviratu Inspectorum s.*  
*Visitatorum. v. Vol. Orat. MSt. I. fol. 35. coll. §. XL. Disp. nostræ,*  
*ac insimul publica Legum Scholiarum promulgatio decerneba-*  
*tur, atque ad hunc solemnem actum festus S. JOANNIS BAPTI-*  
*STAE dies deligebatur. Choro Cœnobii Franciscanorum ad hanc*  
*festivitatem ut & cæteras declamationes oratorias & disputato-*  
*rias destinato. Prævia Musica & Oratione à Rectore HEBEN-*  
*STREITIO habita, leges recitando publicabantur, (id quod &*  
*quotannis hodie adhuc hoc peragitur die); Sub idem enim tem-*  
*pus A. 1616. Templum Franciscanorum fuit renovatum, v. EBEL.*  
*l. c. p. 21. Initium quoque statim hoc anno fiebat in Orationibus*  
*& Disputationibus à supraea Classis discipulis habendis.*

## §. XLVI.

Hanc autem t. t. in Dispp. secuti sunt *laçiv* ut tres essent ex Argumen-  
 VI. tum Classe Respondentes, è quibus ordine *primus* ad Objec-  
 tiones Theologicas ex hebdomadaria Lectione in Compendium  
 b. HYTTERI enatas, *alter* ad argumenta ex Logicis petita, &  
*tertius* ad argumenta sophistica & fallacia, quæ ex Rheticis &  
 cæteris quotidianis lectionibus desumpta erant, responderunt,  
*Praefidis* locum tenente *Rectore*, reliquis autem adolecentibus o-  
 mnibus opponendi facultate concessa. Quilibet tamen *Respon-*  
*dentium* declamatiuncula suo περίγραψι congrua initium faciebat  
 actus disputationis confessu Inspectorum & Epiphew amplissimo co-  
 honestati. v. Volum. I. Orat. MStar. fol. 1. sqq. Habebantur et-  
 iam Orationes extra actus disputandi solennes diebus feriatis, cum  
 præter Rectorem ab ipsis Classem Praeceptoribus, (sic v. gr. M.  
 ZIMPERT. WEH IV. Clas. Praecept. A. 1614. & 15. & hoc ipso  
 anno Jo. CONR. MERCK V. Clas. Praecept. publice Orationes  
 habuere) tum à discipulis, qui plerumque vel Scholis valedicen-  
 di, vel de gravissimis rebus, iisque sèpius in utramque partem  
 ventilatis, differendi animo cathedralm consenderunt, viam illis  
 haud raro parante, vel Oratore prodromo vel agmen illorum ali-  
 quo

Argumen-  
tum modus  
que Decla-  
mationum  
ac Disputa-  
tionum ba-  
bitarum.

quo Oratore claudente , sua & ἐπιμέτρει & ἐνχαριζό ; cuiusmodi actus cumprimis in festivitate Paschali Scholaistica habebantur, quæ A. 1614. jam obtinuit, v. Volum. cit. fol. 29. sqq. & hodienum obtinet. Extat etiam inibi ad A. 1615. scripta *Oratio ore græco* primum, uti alia *Latino ligato sermone* primum quoque habita, ut cætera jam fileamus.

### §. XLVII.

*Anno 14. b.  
Dietericum  
Schole letis  
plausibus re-  
cipiunt.*

Interea dum hæc aguntur, de *Superintendente Ecclesiastarum sua-  
rum* in locum B. *VESENBECCI*, qui d. 29. Jun. A. 1612. pie effla-  
vit animam suam , sufficiendo feliciter non minus ac prudenter  
cepit consilium *inclitus Magistratus* atque A. 14. suauim impri-  
mis Consult. D. *HIER. SCHLEICHERI*, v. *Dedicatio Pænitent. Da-  
vid. b. Viri*, huc evocavit Clarissimum Hassiæ tum fidus *C O N R.*  
*DIETERICVM* Giesse Profess. Ethices & Pædagogiaracham , ut ejus  
in Scholis etiam suis ad lumen, quantum pote, fastigium eve-  
hendis opera & consilio præstanti uteretur.

### §. XLVIII.

*Con-Rector  
creatur.*

Eius suauis & commendatione eodem anno *Rectori* pluribus  
negotiis obruto , primus *CON - RECTOR* adjunctus fuit, *DIET-  
ERICI* conterraneus M. Jo. *PHIL. EBELIVS Chattus* , toties  
jam à nobis laudatus, (v. pl. Rev. *HERTTENST. Diff. Circ. LXXIII.*)  
ut alternis cum *Rectori* vicibus Sextæ tum sv. Supremæ Classis  
discipulos informaret.

### §. XLIX.

*Anno 16.  
sex Classis  
septima su-  
peradditur.*

Majora in annos sub hoc D. *DIETERICO Rectori* ac *ConR.*  
*HEBENSTREITIO* ac *EBELIO* cepit incrementa nostra *Schola*.  
Nam altera jam, quæ sub hoc *HEBENSTREITIO* contigit *Gymna-  
si* in melius mutatio incidit in an. 16. Anno quidem 15. ob ni-  
mis excrescentem puerorum insimæ Classis numerum Praecepto-  
ri ejus adjungebatur *Collaborator* , sed ea anno seq. in duas di-  
stinguebatur Curias , adeoque numerus Classem *Gymnasii nostri* ad  
*septenarium* crevit , ex quo tempore *septem* numeramus *Classe*s.

### §. LI.

## §. L.

Anno 17. m. Febr. *Disputatio Philosophica prima typis ex-Disp. typis*  
*prefixa prodiit in forma 8. va quam complures aliae insecuræ sunt. exscriptæ.*  
*Prima hic titulus erat: Διάλειθη Σχολασμή PRIMA, pro GYMNA-*  
*SIO VLMANO, de Philosophia universi, προδιδασκαλιῶν continens.*  
*Διαλέξεως Moderatore M. JO. BAPT. HEBENSTREITIO &c., τε-*  
*λόγιος ὑποχρέωται JO. SAXO, VLMANVS. Ethici & imprimis Logi-*  
*cī argumenti sunt omnes fere, quotquot ab anno 17. ad 22. habe-*  
*bantur, ita tamen, ut ex ceterarum Philosophiæ principalis & in-*  
*strumentalis, itemque ex reliquis eruditioñis partibus, v. gr. Theo-*  
*logia, Philologia, Rhetorica, Poësi, Historia, &c. subinde, in co-*  
*rollariis præcipue, haud vulgaria, nec minori eruditioñis amplæ*  
*& solidæ apparatu tractaret uterque & HEBENSTREIT & EBEL,*  
*uti perlegenti palam fiet.*

## §. LI.

Habebantur ex in æde Franciscanorum, loco consueto, usque Scholastica-  
dum anno 18. exædificatum fuit Auditorium novum, quod anno 17. ex refectorio Cœnobii Franciscanorum extrui coepit, in cu-  
jus Cathedram novam d. 24. Nov. anni ejusdem producta Disputa-  
tio, cuius rubrum: Διάλειθη πραξισμενωσμή ad doctrinam εργανεῖας,  
*sv. Enunciationis, Præside JO. BAPT. HEBENSTREITIO, Respon-*  
*dente JO. GEORG. VIOLA, Vlmano. Destinabatur etiam hoc*  
*Auditorium lectionibus ordinariis VII. Classis, uti etiam solenni-  
bus Conventibus Scholicis, Examinibus, Disputationibus atque*  
*Orationibus instituendis; id quod hodienum in usu est, præter-*  
*quam quod Paschalibus & Johannalibus Festivitatibus Scholasti-  
cis, ceterisque insignioribus adhuc in Choro Templi Francisca-  
norum locus sit relicitus.*

## §. LII.

Dicitis atteximus Syllabum *Præceptorum* à XVII. Sec. initio Catalogus  
usque ad annum 22. ejusdem præter Rectorem & Con-Recto-Precepto-  
rem omnium, quotquot vel in supradicto Catalogo MSto vel in rum.  
Orationibus Valedictoriis in Vol. I. Orat. MStarum deprehendi.  
HIERON. HARDER, JO. SCHOEPFF, M. GE. NVBER, THOM.

E

DE-

DECKINGER; JOACH. HEFER, SEB. THEBART; MART. ROESLE, GE. NACHTIGALL, M. JO. PET. KLVNZ; THOM. RENZ, M. ZIMPERT. WEH; JO. CONR. MERCK, CHRISTOPH EBERHARD.

## §. LIII.

*Status Pa-* Quis denique fuerit Status Scholæ, qua pediam imprimis  
*die Schola-* sub Retore HEBENSTREITIO, juvat verbis b. D. DIETERICI ex  
*sticæ.* Orat. Ejus Paschali A. 1620. habita excitatis prædicare, v. Consil.

¶ Orat. Ejus ex editione ipsius Nepotis, HELVICI DIETERICI, Avi mei desideratissimi, Vlmæ 1689. 4.p. 398. Es hat Gott der allmächtige diese unsere Lateinische Schul in wenigen Jahren dermaßen gesegnet, daß so wol durch treue aufficht der Scholaren (sine dubio Scholarchen) und Visitatoren, als auch möglichsten Fleiß und geschicklichkeit der vorgesetzten Præceptoren, unsere Schul-Jugend in den artibus Logicis, als Grammaticis, Dialetticis und Rheticis, so dann auch in der obern Clas in Mathematicis, Geometricis, Disputationum und Orationum exercitiis, also zugenommen, daß, ohne ungeziemten Rubm zu melden, diese unsere Lateinische Schul mit allen andern particular-Schulen in ganz Ober-Teutschland mit Ehren concertiren, und gewiss in solchen Conflikt und Stritt die Oberhand behalten, auch das Ehren-Lob davon tragen soll. Unde tanta Discipulorum, quos inter plurimi peregrini, frequentia, ut anno 15. ad quater & sesqui centenos & anno 17. ad sexcentos plus minus numerus excreverit. Vid. Vol. Orat. MST. I. f. 159. b. & Dedicatio Orationib. Secul. HEBENSTR. & EBEL. præmissa.

## §. LIV.

*Qua insi-* Diætis fides constabit, si brevibus recensum operarum Scho-  
*tutionis con-* lasticarum, ex 1621. typis expresso Elencho Præcipiorum Capitum,  
*tenta.* quibus Vlm. Gymnasium cum extructum est, tum ornatum, exhibebi-  
mus. Nempe præter Catecheses, Compendia artium Grammaticæ  
Latinæ, (quæ nostræ è typographeo trifariam adornatis Syllogis  
exiit) & Græcæ, (quæ Argentorati edita est) Vocabularia, Rhetori-  
ces & Dialettices Dietericianas Epitomas, hic quoque expressas,  
tractati fuere Autores primo Latini, ut Epistola Ciceronis, hic edi-  
ta, ejusd. Officia; Colloquia Corderii, Erasmi; Terentius, Virgilius,  
Hono-

*Horatius ; Volumina Poëtica Argentinensia. Dein Græci ; Sylloge sententiarum Græco-Latinarum, hic quoque excusa, Nazianzeni Carnina, quæ in Tabula describebantur, de Isocrate, Demosthene, Luciano & Poëtis Græcis opuscula in Argentinensi Volumine exhibita. Mathematica & Historica ex Commentariolis Rectoris domesticis tradebantur. Hisce in subsidium data Linguarum Lexica, Phrases & Elegantiae Nizolii, Calepini, Fabri, Henr. Stephani, Frijii, Dolleti, Fabricii, Posselii, Anthologia Langii, Similia Dadrei, Smetii Prosodia, Textoris Epitheta, Tursellini de particulis, aut Steweckii Commentariola, quorum major pars cum aliis nonnullis Magnatum munificentia publico usui prostabant. Nec silentio involvenda Specimina profectus discentium, cuiusmodi Volumina exercitiorum sili, phrasologicæ, Libri annotationum pro optimorum auctorum interpretatione dictatarum, Schidia observationum cottidianarum, locorum communium, rerum & verborum Syllogæ. Intra 6. Qua tempora statua & cetera.*

## §. LV.

*Regimen quod attinet, præter dicta, sequenti modo fuit, uti Regiminis verba Elenchi cit. habent : Post Magistr. Incl. & Ædiles sunt ratio. Scholarchæ tres : Theologus, Jurisconsultus, Medicus : tum Visitatores, reliqui Ecclesiæ Ministri, numero VII. & totidem Politici : quorum II. JCti, qui etiam Civitatis Syndici ; II. Medici : tres de Civibus honoratis, sed & literati, quibus accedebat tum tantum Rector.*



SECTIO POSTERIOR  
DE  
CONDITO GYMNASIO EJVSQVE  
FATIS PRAECIPVIS HODIERNO-  
QVE STATV.

§. LVI.

*Tempora  
calamitosas  
in quibus  
Gymnasium  
conditum  
fuit.*

**A** Dea jamjam tempora accedimus , quibus bellum in Bohemia exarsit , quod postea veluti incendium latissime graffans , Germaniam , Patriam nostram per triginta annos miserum in modum divexavit ac devastavit ; equidem tum alma Patria nostra VLMA incommoda belli nondum experta fuit ; attamen ei , qui memor triti illius dicti est

*Tunc Tua res agitur , paries si proximus ardet ,*

videri posset , *Inclutum Magistratum* in belli potius quam artium studia tum cogitationes suas convertisse , & non tam de Musarum , quam Martis domicilio intra moenia sua extruendo consilia agitasse. Accessit imminenti calamitati annonæ omniumque , quæ pretio constant , rerum caritas cum ex agrorum calamitate , tum aliis ex causis , imprimis ex improba monetæ depravatione & corruptione exorta. Verum tantum abest , ut Scholarum , Literarum & pietatis officinarum curam abjecerint aut neglexerint calamitosissima hacce ætate **Patriæ Patres** , quin potius hæc ipsa ævi iniquitas occasionem illis subministravit Gymnasium nostrum ad summum evehendi fastigium.

§. LVII.

*Academi-  
corum que-  
rela & b.*

Nam in Academiis t. t. degentes Stipendiarii Vlmenses subinde de magis magisque ingravescente , rerum omnium , quæ sub pre-

preium cadunt, caritate, multisque aliis in Academiis fese in dies prudentibus navis ac incommodis conquerebantur. Hisce justis querelis, ut modum statueret, medelamque afferret *Inclytus Magistratus*, pro liberalissima in eos, qui studiis operantur, gratia, commodum revocavit tum in memoriam, quod olim salubre & prudens dedit consilium D. LEONH. HUTTER, *civis noster celebratissimus*, ut selecta ingenia in Collegio à Scholis separato in humanioribus artibus, Linguis & scientiis solide erudirentur, in exercitiis memoriae, quoad Declamationes, Conclaves & Disputationes probe subacti fierent, in Theologicis denique, praesertim in controversiis satis instruerentur, ut elapsi trium vel quatuor annorum spatio quasi peregrinandi ergo in Academias mitterentur, & intra unius anni decursum in patriam reversi officiis tam extra, quam intra urbem possent admoveri.

D. Hutteri  
Consilium  
instituendi  
Gymnasi  
occasio.

### §. LVIII.

Dignum tanti Theologi Consilium fuit visum, de quo majori cura deliberaretur. Demandavit itaque A. 1622. *Inclytus Senatus* Conventui Scholico, ut de Introductione Lectionum superiorum consilia mutua institueret & deliberata scripto traduceret. Detulit dein ad *Inclytos PP. CC.* Consilium *Scholaisticum* tur. cogitata sua eod. anno de dato 1. Maji, in quibus Lectiones P. in *Gymnasium* introducendas enixe commendavit, ac fructum hac ex re percipiendum prolixè ostendit. Probato *Conventus Scholici* Consilio, Directori, Scholaribz & Visitatoribus injunctum fuit, ut, qua ratione omnia juste & decenter effectui possent dari, ostenderet. Nec moræ locus. Consiliis enim in commune initis statim responsum dederunt de dato 21. Maji ejusd. anni, in quo modum ostenderunt ad quem *Theologia*, *Logica*, *Oratoria*, *Physica*, *Metaphysica*, *Ethico-Politica*, *Matheesis*, *Historia*, *Ebreæ* & *Greca Lingg.* publice essent docenda. Detulerunt respcionem istam *Generosi ac Magnifici Domini Aediles* ad *Inclytum Reip. Senatum*, qui non solum consultata hæc rata habuit, sed etiam quantocvus effectui dari jussit.



## §. LIX.

*Director, Consilium Scholicum & Professores confirmati & recentes creati.*

*Directorum post Generosissimos, Generosos ac Magnificos Dominos rerum ad religionem spectantium Directores atque Dnn. Aediles D. DIETERICO deferebatur, Consilium Scholicum confirmabarur. Professores vero ordine sequenti invicem se excipientes, hi creabantur:*

1. M. JO. BAPT. HEBENSTREIT, Rector, Profess. Matheſi & Ethico-Politice.
2. M. JO. PHIL. EBELIVS, Con-Rector, Prof. Oratoria & Logicae.
3. M. ANDR. HERRENSCHMID, Prof. Theologiae, Physicae ac Metaphysicæ.
4. JO. CONR. MERCK, VI. Classis Præceptor, Historiarum Professor, ac denique
5. M. VLRIC. SCHMID, V. Curiæ Præfectus, Prof. Hebraicæ & Græcæ Lingg.

## §. LX.

*Hore Praelectionibus destinatae.*

*Hore Praelectionibus destinatae quotidie hæ erant. Antemeridianis VII. Historia; VIII. Logica ter, Oratoria semel; IX. Theologia docebantur; Pomeridianis vero I. in Physica ter in Metaphysica bis; II. in Ethica quoque ter ac bis in Matheſi; III. denique in Hebraea ac Græca Lingg. alternis vicibus prælectiones fiebant.*

## §. LXI.

*Disputationes introducuntur in Collegiis.*

Sancitum porro est, ut omnes Professores, exceptis, qui Historiam ac Oratoriam profitebantur, singulis septimanis Jovis & Saturni diebus de materia ea hebdomade prælecta cum suis auditoribus disputarent; quovis vero semestri singuli Professores solennes Disputationes typis exscriptas in Cathedram producerent; Oratoria autem Professor eis singulis trimestribus Exercitiis Oratoriis interpolaret, ac, ut suis Auditoribus de arguento præscripto publice perorandi locus esset, omnem curam gereret.

## §. LXII.



## §. LXII.

Quod denique Auditorum recens introductum Ordinem attinet, *Auditores constabat ex Stipendiariis Vlmanis*, scil. illis *Magistris B. A. & Studioſis*, qui jam aliquod temporis ſpatium in Academiis versati, *jam vero ob ſupra dicta (S. LVII.) incommoda huc erant evocati*, quibus adjuncti denique fuit *optimorum in ſtudiis profectuum ſupremæ Claffis Discipuli*, ē quibus ſingulis ſpatiis femefribus elaphis, qui idonei viſi ſunt, *Lectiones P. adiere*. Id tamen discriminis apud hos diverſorum profectuum Auditores observabatur, ut *Magiftri ſolas Lectiones Theologicas, Ebraeas & Græcas frequentarent*, ac præterea perorando, concionando & disputando ſeſe exercitarent, *reliqui Academicī*, qui non tantum emenſi fuit temporis ſpatium in Academiis disciplinas Philosophicas inaudirent, ii autem, qui jamprimum ex VII. Claffe exempti eſſent, primo ad *Lectiones Philologicas & Philosophicas*, deinceps vero etiam interjecto aliquo tempore ad *Theologicas* una cum *Magistris & reliquis Academicis* admitterentur. Ut vero despectus contumeliosi & rixofa contentionis materia inter inaequales hosce Auditores ē medio tolleretur, ē re viſum fuit, ut recens exempti ex VII. Claffe *vicinam Academiam Tübingensem* adirent, ibidem ſolitum *Ritum Depositionis* ſuſtinerent, atque *Albo Studioſorum* ſe inscribi curarent. Qua conſuetudo, quamvis jamdudum illa *Publicorum*, quos vocant, & *Academicorum* in Collegiis communitas defierit (vid. §. LXIV.) ad noſtra ferme duravit tempora, donec ante vicennium, & quod excurrit, iter iſtud *Tübingense*, ſumtuum parcendorum gratia, fuit abrogatum; cuius tamen loco jam *Testimonium Depositionis & Inſcriptionis ab Ampliſſimo Decano Facultatis Philosophicæ Tübingenſis* ſubſcriptum huc transmittitur.

## §. LXIII.

Rebus itaque omnibus justum in ordinem compositis *In-Gymnasium clytus Magistratus* ſolenni ritu *Gymnasium* initiari decrevit; *A-inauguratur.* Etum vero *Inaugurationis* tantum intra *Gymnasiū* parietes celebrari, nihilque ejus typis expressum in publicam edi lucem, suis duetus rationibus gravissimis, fancivit. Destinabatur vero ad ista ſolemnia intra moenia patria peragenda, jam ab A. 1613. uti cæteris

teris sic & huic solennitati Scholicae destinatus dies S. JOANNI BAPTISTAE facer una cum quatuor sequentibus diebus. Id quod publice affixo Programmate scripto, quo omnes & singuli Literarum statores, fautores ac cultores ad istos actus decenti modo fuere invitati, notum fuit factum. Dicto S. JOANNIS BAPTISTAE die in Summo præterea Templo, & Aede SS. TRINITATI consecrata in S. Sermonibus antemeridianis universa ci-vium communitas hac de re quoque instruebatur & certior red-debatur; pomeridie autem hora XII. *Primarius Gymnasi Professor M. Jo. BABT. HEBENSTREIT* in amplissima cujusvis dignitatibus & ordinis Dominorum & ceterorum Auditorum Corona, in Choro Cœnobii Franciscani de sua Provincia & de toto Berghaus Schole amplificata perorabat; postero die M. Jo. PHIL. EBELIVS Con-Rector Orationem de Logica & Oratoria præstantia recitabat; tertio die M. ANDR. HERRENSCHMID, quid Physica & Metaphysica Theologiæ inserviant? IV. vero Jo. CONR. MERCK de Historiarum studio in genere, quisque pro cognitionis suæ præstantia & argumenti dignitate elocuti sunt; hisce sacris V. denique die coronidem imposuit M. VLR. SCHMID Oratione sua de Graeca Lingue elegantiis, divinitate & usu. Satis itaque superque Inaugurationis Gymnasi nostri Actus fuit nobilitatus.

## §. LXIV.

*Summa discendorum.*

Chartæ temporisque angustia prohibet, quo minus singulas, quæ à condito Gymnasio evenere mutationes, exhibeamus; instituti scopo satisfecisse videbimus, si præcius & quæ momentum aliquod post se traxerunt, & vel παγδεῖαν vel Regimen spectant, recensuerimus.

## §. LXV.

*I. de Pædia.  
Lectionum & Disputa-  
tionum ini-  
tia.*

Post peracta itaque Inaugurationis solemnia, P. Professores, adjuvante DEO TRINVNO initium statim fecerunt Prælectionum fumarum, inque iis strenue perrexerunt. In Disputationibus autem habendis Professoribus modo laudatis præivit, & primam sollem in Gymnasio recens instituto in Cathedram produxit Experientiss. longeque lateque celeberrimus D. GREGOR. HORSTIVS paulo ante anno eodem ad Directorium Collegii Medici Giessa

Gieffia huc evocatus (v. de eo *Orationes funebres A. 1636.* in 4. hic editas p. 49. & 74.) Respondente CHRISTOPH. FINGERLINO Vlmenſi. Signo itaque à Professore quondam Academicō quaſi sublato, *Gymnasi nostri Professores* eodem, quo antesignanus honoris ergo coepit, vi muneris strenue perrexerunt.

## §. LXVI.

Anno ejusdem Seculi XXIII. à Directore D. DIETERICO ex Nova post novennali Con-Rectore Rector M. JO. PHIL. EBELIVS, ex Præceptore per XVI. annos optime merito Con-Rector JO. CONR. MERCK, ex Præceptore V. Clafis M. VLR. SCHMID VI. & ex Stipendiariis Reipublicæ V. Claf. Præcept. M. GEORG. BVR- & Præc- CKARD, Langenaviensis (suo poſtea confilio de IV. Scholis Ger- manicis pro quaternaria Oppidi divisione, novaque in iis docen- di ratione introducendis notissimus, quod vero per temporis in- juriam effectui dari haud potuit,) die JOANNI BAPT. sacro pu- blice renunciati sunt peculiari *Oratione*, quam b. Vir in 4. juxtim cum novi Rectoris *Oratiuncula responsoria* eod. anno publici quoque juris fecit, sub titulo: *Rector & Præceptor bonus.* Eo ipso enim anno, uti §. XLIII. dictum, locum hisce fecit HEBEN- STREIT suo à Schola discessu, atque ab hoc tempore fese in Subscriptionibus appellavit *Ex-Rectorem Gymn. Vlm.*, Ejusdemque Rei- publ. Salariarium, vide sis v. gr. *Epigramma Jo. Pfanneri, Viennens.*, *Orationi de Jubileo Christiano A. 24.* in Gymnasio nostro habitæ, & typis in 4. divulgata ab eodem subnexum. Ex vacufactis insimul ejusdem abitu Professionibus *Ethica* in Rector EBELIO cum *Logica conjuncta*, *Mathematica autem* Viro Clariss. ac Excellent. M. JO. BLOSSIO olim in Academia Tubing. *Matheſeos Pro- fess. Vicario*, post *Lavinga ordinario*, denique inde ob Evangelium exuli facto demandata fuit. v. *Orat. cit.*

## §. LXVII.

Anno Seculi ejusdem XXVI. *nova Professio*, POESEOS scil., Professio in Gymnasium nostrum fuit introducta. Cum enim Profess. Lo- gicæ EBELIVS eodem peteret anno, ut ob debilitatis vires cor- poris Professio Logicæ propter multas Prælectiones & Disputatio- nes habendas moleſta, alteri demandaretur; hujus voti quidem

F

com-



compos factus fuit, collata Sparta Vicarii Logici Professoris in M. JAC. HONOLDVM, sed insimul ei fuit injunctum, ut præter Ethicas atque Oratorias Scholas singulis etiam hebdomadibus, per unius aut duarum horarum spatium Poesin publice doceret. Et sic Professio Poësos primum in Gymnasium nostrum fuit intromissa.

## §. LXVIII.

*Professio-  
num in no-  
vos Docto-  
res translat-  
io.*

Anno 29. novus Physicæ & Metaphysicæ, sive ut in Epigrammate quodam subscriptio habet, Philosophie & Theologie naturalis Professor creatus est Experient. Med. D. Jo. SEE. BLOSSIVS, Professioni autem Theologicæ, quam una cum duabus prioribus primum habuit b. HERRENSCHMID, præfектus est anno eod. VLR. SCHMID. Jo. BLOSSIO ob senectam rude donato & 1632. mortuo A. 27. M. Jo. SAXO in Mathematicis fuit suffecetus. Eodem anno Praecept. V. Classis salutatus fuit M. JAC. HONOLD. Idem emortuo b. EBELIO, & novo Rectore J. C. MERCKIO creato, in hujus locum Con-Rectoris nomine concessit. In Profession. autem Ethic. Orator. & Poëf. successor b. Viro datus est ejus olim Collega HEBENSTREIT, in qua munerum dignitate is etiam postmodum substitut, usque dum A. 38. ē vivis excedit.

## §. LXIX.

*Ob tempo-  
rum cala-  
mitates ho-  
re orandi  
publicæ in-  
troduc.*

Cum interea temporis liberi Evangelicæ religionis exercitii jauctoram plura in annos signa portendere videbantur, A. 28. ex autoritate pientiss. Magistratus D. & Superint. DIETERICVS d. 18. Maij. Dominica Exaudi dicta pro suggestu denunciavit, quod in posterum quavis II. à Dominica die, Martis esse dicitur, vesperi hore orandi publicæ in Templis juxta & Scholis haberentur, quibus singuli supplicarent DEO, quo Evangelii pupillam illæsam ad posteros transmitteret. Abhinc mos ille remansit, ut trium inferiorum Classium (superiorum enim alumnos publicis precibus interesse oportet) in unum locum hoc die convocati discipuli communia ad DEVVM funderent vota, uti id veter. ex Chron. constat.

## §. LXX.

## §. LXX.

Nec vanus fuit metus, ne hac ætate *Evangelico-Lutheranae Gymnasium & Reformata Ecclesiae ac Schole* in S. R. I. magno periculo expo-*per Restitu-*  
*nerentur; eo quod A. 1629. promulgatum est auctoritate Augustiss. tioneis Edi-*  
*FERDINANDI II. notissimum illud ex Historia Editum Re- periculo ex-*  
*stitutionis (Restitutions-Edit) secundum quod Protestantes Imperii possum &*  
*Status quæcunque occupaverant post Pacem primam Religiosam liberatum.*

Gymnasio nostro imminuit periculum; nam anno eodem Constantia duo Monachi Franciscani, quorum unus *Hyacinti de Novaria* (al. *Movaria*), alter *Joannis Marie* nomen gerebat, huc veniebant, literas ab *Augustiss. Imp. & Celsiss. ac Reverendiss. Episcopo Constantiensi* secum afferentes, quibus præter alia, de quibus hic dicendi locus non est, *adificium nostrum Scholicum* jure quasi postliminii sibi reddi postulabant; quippe istud olim *Cœnobium Franciscanorum* fuerat, cuius Templum Scholis attiguum anno equidem 1554. d. 12. Jun. residuis, qui adhuc Vlmae pristina Sacra profitebantur, in usum concessum. Sed & A. 1569. d. 29. Jan. renitente licet *Reverendiss. & Celsiss. Episcopo Constanti*, rursus fuit ademtum & plane occlusum v. b.D. DIETERICI *Jubel-Predigen* in b. FVNCCI *Reformations-Historie* p. 725. Repulsam quidem, ut facile divinatu, ab *Incl. Magistratu* interprete RVD. WICKIO J. V. D. & Reip. Consiliario hac in re tulerunt, sed A. 1631. postulatum, denuo repetitum fuit: felices tamen glorioissima memoria GVSTAVI ADOLPHI Regis Sueciae progressus armorum in Germania Patriam nostram almam ab hac calamitate immunem praestiterunt.

## §. LXXI.

Igitur effugit quidem divina Providentia *Gymnasium nostrum Consilia ob-*  
*ingens, quod ipsi imminuit periculum, sed non ita multo post publ. cala-*  
*A. 33. ob haut intermittentia ærumnarum tempora extrema Gy-*  
*miasii ruina instare videbatur; cum enim publicarum expensa- mitatem de-*  
*rum, quas invito Magistratui imperabat publicus rerum status, ta Gymnasio*  
*nec modus nec finis erat, adeo ut ob insignem annuorum tollendo ini-*  
*gantur.*

tuum proventuumque defectum *Professores* amplius salariis sustentare res esset difficillimi negotii, *Inclitus Magistratus* consilia init de *Gymnasio* tollendo cunctisque in pristinum statum restituendis. Mitigarunt tamen postea *Prudent. PP. CC.* hanc suam sententiam eum quidem in modum, ut *Gymnasium* per biennium adhuc persistere gratiore permitterent, *Professoribus Logicae, Ethicæ, Oratoria & Poëseos* porro Salaria pendi sua, inque his disciplinis Praelectiones P. haberi juberent: at reliquarum doctrinarum v. gr. *Physica, Matheſeos, Metaphysica, Historia & SS. Lingg.* Lectiones P. abrogarentur, annuaque horum Professorum pensio fisco adjudicaretur publico; ita tamen, ut iis pro rata pecuniae summa in Scholis privatis Studiosis erudiendis operam impendere suam liceret. Quod ad *Theologiam* in specie attinet, d. 25. Maii 1633. VLRICO SCHMIDIO defuncto A. 35. M. Jo. EBERKEN: V. D. in S. Templo Praconi demandabatur, ut singulis hebdomadibus per unius aut plurim horarum intervallum cum Magistris ac Theologis Studiosis privatos intra parietes Colloquium de rebus Theologicis institueret, menseque elapsa disputationem P. ventilaret, adeoque Professorem quidem *Theologiae*, verum absque Titulo & Salario ageret. Mutata igitur quam maxime erat *Gymnasii* nostri facies, &, si quæ publice docebantur, sepositis tantisper honorum munerumque titulis & salariis, ut etiam privatis in reliquis disciplinis Scholis species, referebat pristinam, sub HEBENSTREITIO emendatam formam.

### §. LXXII.

*Gymnasium  
ob pestilenciam  
occluditur &  
de novo aperi-  
tur.*

Verum enim vero nulla calamitas sola; post biennium namque longe major subsecuta est. Nam. A. 35. d. 26. Jul. ob pestilentiam hucuti totam ferme Germaniam, ita aliam quoque VL-MAM nostram vastantem, omnes Classes & Collegia Gymnasii occludebantur. Atque tunc iterum Consilia capiebantur non solum de plenaria Lectionum P. abolitione, sed etiam de Classium ad senarium numerum reductione. Sed D. T. O. M. cogitationes & animos *Incliti Senatus* ita provide regebat, ut is petitis Directoris, Scholarcharum, ac Visitatorum, quo minus hec consilia ad effectum producerentur, etiam atque etiam deprecantium, locum

locum relinquens, modo posteris nunquam satis laudando decerneret, ut posthac *Gymnasium*, cum quod *Lectiones P.* tum quo ad *Classes* in eo, quo jam constitutum esset, statu relinqueretur inconcussum. Pestilentia finita, reserebantur A. 36. *Septimana post Festum Epiphaniæ* tam *Classes*, quam *Collegia Studiosorum*, & docebantur denuo *Lectiones & Scholica & Publica*, M. Jo. BAPT. HEBENSTREITIO Prof. *Oratoria* solenni *Oratione Eucharistica* dicto Epiphaniæ festo felix hujus rei initium faciente, successu etiam temporis factum, ut reliquæ omnes disciplinæ Philosophicæ rursus publice in *Gymnasio* nostro introductæ, immo ex una *Theologiae* Professione duæ prognatae fuerint.

## §. LXXXIII.

Nempe licet nobis, salvo aliorum judicio, rem altius repe-  
tere. Inde à Reformatione duo sacrarum literarum exitere *Pro-  
fessores & Doctores*, si rem, non nomen spectes, *unus v. gr. BROTHAG* in *Scholis Latinis* discipulos *Catechismum*, alter b. FRECHT in *Choro S. Templi* V. D. Ministros ex agro Vlmensi fidei morumque capita ex S. Literis acroamatice docebat. v. §. XVIII. & XXVIII. *Scholæ Catechetica* semper quidem continuatae sunt, verum *Theologicæ* abitu b. L. FRECHTI interruptæ mansere usque ad an. 1616. & 21. Illo enim, suau b. D. DIETERICI *Disp. Theologicæ* cum V. D. Ministris ex agro Vlmensi habendæ instituebantur, quarum Autorem & Praesidem idem b. Vir agebat, ipsæ autem disputationes tertio quovis mense habebantur, publicisque typis exscribebantur, quarum multæ prostant; hoc autem, A. 21. nempe ejusdem b. Viri consilio sanctum fuit, ut in diebus post dominicam festasque feriatis fere omnibus iidem Sermones in S. Templo sacros recitarent Rev. Ministerii Vlm. censuræ subjiciendos. Disputationes quidem, cum b. Vir mortalibus interesse desit, & ipsæ aliquandiu desierunt. Interea temporis A. 23. per §. LIX. in *Gymnasio* primum *Theologia Professoris* nomen tituluse inaudiri coepit, & in locum Pastorum rurensum *Magistri & Academicorum* sufficiebantur, quibus una cum *Publicis* antea depositionis ritu ipsi metu quasi Academicis factis *Lectiones P.* habebantur per §. LXII. usque ad EBERKEN, sub quo *Professio Theologica*, uti cætera §. LXXI. indicatae, privata potius, quam publi-

*Professionis  
Theologicæ  
origines,  
fata.*

ca, eaque à *Gymnasii* laboribus sejuncta opera fuisse videtur. A. 1657. EBERKENIO rude donato M. JAC. HONOLD, *Logicæ* ha-  
dētus & *Metaphysicæ Prof.* & in *S. Templo Præco* cum pleno Pro-  
fessoris *Theologie* titulo ac salario ad *publice* denuo *habendas Lætio-*  
*nes Theologicas* denominatus fuit.

### §. LXXIV.

*Et distinctionis  
in Profess. Theolog. in  
Seminario Ecclesiastico.*

Et sub hoc tempus probabile judicamus, usque dum certiora & rectiora edocemur, in desuetudinem paullatim abiisse illam *inequalem* Publicorum Studiosorum & Academicorum *societatem*, imprimis cum ratio, ob quam hæc instituta fuerit, v. §. LVII., rebus Academiarum pace maxime religiosa A. 1648. melius compositis, cessaverit. Cum itaque jam inde ab A. 33. Scholæ Theologicæ publicæ desierint, & compositis belli tricennalis tumultibus Reip. Stipendiarii in Academiis longius solito hærere coepèrent, non potuit non inæqualitas ex dismilitudine studiorum imprimis orta, inter Publicos & Academicos tanta intercedere, ut quilibet societas singularem sibi exposcere videretur Professorum. Et Academicis quidem ab eo tempore datus Professor, qui cum suis Auditoribus à ceteris Professoribus & Publicis Studiosis separatum corpus sive collegium constitueret, quod hodie *Seminarii Ecclesiastici* titulo insignire moris est. In hoc Professor antesignanus & facile princeps exitit EL. VEIEL fulgentissimum illud literarii orbis fidus, quod eo magis post ejus quoque occasum suspicimus, quod ex civitate nostra exortum fuit, & in Ecclesiam Gymnasiumque nostrum meritis post b.D. DIETERICVM maximis exsplenduit. Is *Magister* in Patriam redux A. 1662. *Ecclesiastes in Summo Templo* & anno seq. *Professor Theologiae* renunciatus & HONOLDI successor datus fuit. A. 1664. Argentorati *Doctoris honoribus ornatus* A. 1671. *Director Gymnasii* & A. 1680. *Superintend. Ecclesiarum Vlmens.* fuit constitutus. Huic tanto tantis muneribus disticto postea Seni, ut is paululum relevaretur, adjunctus fuit A. 1699. filius ALBERTVS, felicissimus paternarum virtutum doctrinaque æmulus eod. anno *Theol. Licent.* Tubingæ creatus. Post præmaturam ejus mortem A. 1704. solus b. Parens *Theologiae Professioni* rursus vacavit usque ad an. 1706. eidem emortualem, quo ipso M. MICH. BECK, *Mysta tum S. Templi* facun-



facundissimus & Ebr. L. per XXII. annos Prof. meritissimus, Vir in divinis Literis versatissimus ac ad promovendum Studium SS. Lingg. natus, Rever. atque gravissimi Dissertationis meæ Præsidis desideratissimæ memoriae Parens, per sexennium modo hoc munere demandato functus est. Post hujus b. quidem, ast nimis præproperam *αναλυσιν* A. 1712. huic Professioni insigne rursum decus accessit, cum ad eam exornandam & amplificandam vocatus esset M. Jo. FRICK, tum in Baflica Præco & jam ab anno 1728. *Summe Vener. Rever. Minist. Senior & Magnific. Scholarcha Eccl.* eruditionis gloria dudum in orbe literato celebratissimus, atque multiplici meritorum genere, uti in Ecclesiam & rem literariam scriptis præcipue suis ultra nostras laudes positis, sic in nostram & Ecclesiam & Gymnasium consilio juxta & opera gravissimus, cui in decus & emolumentum Ecclesiarum & Scholarum præcipue Vlmens. vitam longævam, robustas mentis corporisque vires & omnigenam felicitatem jugi pietatis cultu appre-  
camur.

## §. LXXV.

Sic Academicorum Ordini plus satis provide consultum fuit, *Et in Theologiam Catecheticam in Gymnasio.*  
*propensissimi & munificentissimi Proceres nostri* etiam Publicis Studioſis in eo prospectum ivere, ut Theologiae Sacris initiantur. Inde enim ab HONOLDI tempore, præter ea, qua Catechetica docendi ratione in Clafibus, atque in Lectionibus Philologicis intercalaria opera accepere, nihil horum sacrorum justo modo inaudierant. Datus itaque ipsis *novus* plane *Theologiae Catechetice*, ut vocare amaverunt, *Professor A. 1705.*, isque primus fuit DAVID STOELZLIN, *Profess. tum Poëeos & Illuftr. Reip. Bibliothecar.*, hodie autem *Profess. Historiarum ac Con-Rector* meritissimus, cuius præclaris consiliis ac operis plūrimum emolumenti & decoris res imprimis Scholastica debet. Hoc Viro A. 1714. ad Historias docendas, evocato *Catechetice Theol. Professor* renunciatus fuit M. DAV. ALGÖWER, *V. D. Præco in Aede Baflica & Prof. tum Matheſeos*, hoc eheu! anno Ecclesiae & Gymnasio, immo toti Societati literariae eruptus, & post sua suprema fata gratissima mente venerandus Præceptor & Patronus, hunc A. 1629. *Mathematica Studia* reaffumentem excepit

cepit pl. Rev. Dn. EL. FRICK, *Præco in S. Templo dignissimus*, Cognatus noster omni pietatis cultu prosequendus, JOANNIS filius & frater, propriis doctrinæ virtutumque meritis dudum insignis, Theologica scientia amplitudine & accrutatione celeberrimus.

## §. LXXVI.

*Physica &  
Metaphysi-  
ca iterum  
publice do-  
centur &  
recensio  
Professorum  
Physicæ.*

Sed satis de noviter constitutis Professionibus diximus, jam-jam visuri, quo tempore modoque pristinæ disciplinæ *Physica*, *Metaphysica*, *Historica*, *Mathematica* & *LL.* ad publicos usus denuo fuerint reductæ. Anno videlicet ipso, quo tristis ista disciplinarum facies fuit, anno nimirum 33. Professor *Physicæ* & *Metaphys.* D. Jo. SEBAST. BLOSS, pollicebatur, se se, licet ducenti floreni ipsi ab annua sua pensione detracti fuerint, nihilo feciis & sine mercede solitas *Lectiones P. & Dispp.* in posterum quoque continuaturum esse; publice itaque *PHYSICA* & *METAPHYSICA* docebantur. Ejus autem in *Profess. Physica* successores sunt sequentes, de quibus tamen nos latet, cuinam primo Salarium denuo pensum fuerit, A. 53. GREG. HORST. b. GREGORI filius, *Med. D.* primus extitit, hunc 61. mortuum exceptit A. 63. Jo. PFAVZ, *Med. D.*, huic successor datus A. 74. M. Jo. JAC. FESLIN, hunc A. 81. denatum secutus fuit CAROL. LVDOV. FVNCK, b. THOMAE filius, *Med. D.*, hoc anno 84. Heidenheim. Würtembergiæ evocato, aliis *D. Med.* Jo. ANDR. GERHARD *Physicen* docuit, hoc anno 86. Geislingæ Medico constituto *Professio Physicæ* collata fuit anno 87. M. MATTHAEO HONOLD, JACOBI utriusque filio & nepoti, & cum hic anno 95. Diaconus in æde SS. Trinit. constitutus esset, sponte sua *Physica Prof.* cessit, quæ eod. anno in M. CONR. DAN. FRICK, b. JOANNIS filium insigni eruditione clarum, devoluta, ab hoc anno 96. Pastore Pfulensi designato in laudatum ALBERTVM VEIEL translata fuit, cuius præmatura morte A. 1705. transiit in fratrem EL. JACOB. VEIEL, V. D. in *Summo Templo Ministrum*, utriusque munericis meritis adhuc conspicuum.

## §. LXXVII.

*Recensio  
Professorum  
Metaphysi-  
cae.*

*Metaphysicam Professionem post HERRENSCHMID & BLOS-  
SIVM docuit A. 37. M. JAC. HONOLD, à quo in M. MAT-  
THIAM*

THIAM MÜLLERV M transiit A. 57., hunc excepit A. 75. M. CAR. LVD. STROHMEYER, qui cum anno 98. sponte sua ea se abdicavit in M. EL. WEYHENMEYERO Rectore hodienum & meritis & ætate gravi successorem dignissimum natus, hoc ad docendam S. Linguam Ebræam promoto, A. 1706. hæc Professio accepit ἀνθεστατον exornatorem M. JO. FRID. HERTTENSTEINIVM V. D. hodie Praeconem in S. Templo munerum meritis amplissimum, eodemque A. 1714. ad *Logicam* tradendam vocato CHRISTIAN. WOEHRLINVS *Præcept. VI.* *Classis* institutionis dexteritate merentissimus doctrinaque præstantissimus hanc spartam ornavit, usque dum is A. 1716. *Eloquentie* præfetus locum fecit M. JO. JAC. STROHMEYER, viro in scientiis clarissimo, & hoc denique *Imperialem Augustam Vindelicorum* discedente, ubi hodienum *Præceptorem* in *Gymnasio* publicum bene merentem agit, A. 1717. M. JO. GE. SPAN, *Parochus* jam *Ædis SS. Trinit.* *disertissimus*, pro sua doctrina amplitudine egregie de hac disciplina mereri cœpit.

### §. LXXVIII.

A. 1559. in vices JO. CONR. MERCKI, hoc ipso anno de- *Historia de-*  
mortui surrogatus & primus iterum *Histor. Prof.* P. renunciatus *nuo publice*  
est JAC. OTTO, J. V. D. & Com. Palat. SEBASTIAN filius, *docetur, e-*  
maternus Rev. ac graviss. Präsidis avus, huic A. 1671. *Illustr. Reip. fessorum*  
*Confiliario* denominato suffectus est M. JO. JAC. MÜLLER, *Catalogus.*  
MATTHIAE filius, anno autem 74. hoc *Augustam Vindelicorum*  
evocato, ubi Rev. Ministerii Senior præcipue ob Scripta edita  
celeberrimus olim cluit, M. EBERH. RVD. ROTH, filius RVDOLPHI Pastoris Wainens. *Historie* docenda præfetus fuit, quem  
denique A. 14. rude ob senectam donatum excepit DAV. STOELZ-  
LIN, *Sub-Rector* tum, & dimissa Catechetica & Oratoria Profef-  
for Historiæ creatus est.

### §. LXXIX.

Eodem, quo *Historia*, A. 59. m. Aug. Studiosi *Mathematicas Mathefesos*  
*disciplinas* denuo publice docebantur, quum earum Professio, quaæ *Praelectiones*  
ab anno 39. morte SAXONIS derelicta erat, M. JAC. HONOLDO, *P. rufus*  
*Juniori* & *Senioris* filio demandata fuit. Postmodum b. *babentur &*  
Parentis apoplexia m. Mayo A. 1691. extincti locum m. Jul. ejusd. *Profeforum*  
*Syllabus.*

anni occupavit MATTHAEVS HONOLD. Hoc præmaturo fato vivis erepto A. 96. successor subditus sèpius laudatus ALBERT. VEIEL. A. 1705. Spartam hanc condecorare cœpit b. M. D. A. V. ALGÖWER, quo A. 14. commutante *Mathefeos* Professionem cum Theologia Catechetica, illius Professor renunciatus fuit M. Jo. CASP. FVNCK, THOMAE Nepos, beatæ sed desiderabilis memorie, V. D. in S. Templo Minister. Post hujus mortem A. 1729. nostrarum ALGÖWER missa *Theologica Profess.* adire denuo jussus fuit *Mathematicam*, quam novissime post ALGÖWERI mortem bono sui nominis omine suscepit CHRISTOPH. ERHARD. FAVLHABER, cuius ut felix faustumque sit auspicio pie precamur.

## §. LXXX.

*Nova eaque  
publica S.  
Lingg. in-  
troducio  
cum Cata-  
logo Pro-  
fessorum.*

Anno denique 1684. Lectiones Linguarum S. denuo publice habebantur (antea enim post b. VLRIC. SCHMID privatae tan-  
tum harum Scholæ institutaæ sunt, v. gr. ab HONOLDO Juniore);  
cum codem anno supra laudatus b. M. MICH. BECK, tum Paſtor  
Junging., post ad èdem S. Trinit. Diaconus, & in S. denique  
Templo Præco V. D. Lingue Ebree Prof. P., M. GVILEM.  
DIEZ autem Rector olim Gymnasii Græcæ L. Prof. P. creati fue-  
rint. Illo A. 1706. ad docendam *Theologiam* promo, M. EL.  
WEYHENMEYER Rector, Ebraicæ Literaturæ abhinc amplificator  
exitit; DIEZIO autem b. A. 1694. defuncto Græcam Linguam do-  
cuit b. MART. WOLFARTH, Præcept. primum V. dein VI. Cl.  
quam tamen Professionem rursus A. 1698. commutavit cum Poësi,  
Professore Græcarum literarum constituto M. Jo. GE. DIEZIO, fi-  
lio GVIL. tum VI. Cl. Præceptore & nuperrime demum in Im-  
periali Hailbronna, ubi Rev. Minister. Seniorem egit, beate de-  
mortuo, hoc A. 1709. Durlacum ut V. D. Præco & juxtim à Con-  
filiis Ecclesiasticis effet, evocato, Græca Lingua cum Hebreæ in  
uno Reatore nostro plus simplici vice laudato WEYHENMEYERO  
conjuncta fuit.

## §. LXXXI.

*Recensio  
Professorum  
Logice.*

Restat ut & in cæteris disciplinis, quarum semper in Gymna-  
sio nostro publici extitere Doctores & Magistri, Catalogum Pro-  
fessorum contexamus. Et initium quidem capessimus à Logice  
Profes-

Professoribus. Post EBELIVM & HONOLDVM *Sen.* clarus *Logico* munere extitit M. JO. FRICK, felix VII. Filiorum Pater, quod ab Academia redux A. 1661. primum vicario nomine, HONOLDO apoplexia correpto, administravit, post autem A. 1664. *Ordinarius Logicae Professor* denominatus fuit. EIDEM A. 1689. pie defuncto anno sequenti successor M. EBERH. RVD. ROTH, & hocce A. 1714. a muniberibus relevato hoc *Logici Doctoris* munere cohonestatus fuit M. JO. FRID. HERTTENSTEIN, v. hujus ipsius pl. Venerabilis Viri Diff. Circul. LXXIII. de Fatis Logicæ in florentissimo Gymnasio Ulmenſi.

S. LXXXII.

*Logicæ Professoribus jungimus Eloquentie Doctores.* Post E- Recensio  
BELIVM & HEBENSTREIT M. JO. MAYER A. 1639. Professor Professorum  
creatus fuit, hunc A. 1670. pie defunctum infuscatus est anno sq.  
*Oratoria.*  
M. JO. JAC. MÜLLER, in cuius vices eodem anno surrogatus  
fuit M. GVIL. DIEZ post hujus b. ανάλυσιν A. 1694. spartam Eloquentiae  
adeptus est M. CONR. FRICK, eidem Pastori Pfulensi de-  
nominato successor datus A. 1696. M. EL. WEYHENMEYER,  
huic Ling. Gr. Professione A. 1709. tradita, Eloquentiae Professio cef-  
fit DAV. STOELZLINO, felicissimo Eloquentiae Ciceron. amulo,  
& huic quoque ad Con-Rectoris munus capessendum vocato,  
subiectus fuit CHRISTIAN. WOEHLIN A. 1716., quem po-  
stea *Moralis doctrinae* Professorem constitutum A. 1722. excepit  
laudatus M. JO. GE. SPAN.

S. LXXXIII.

Post HEBENSTREIT. & EBELIVM, quem rursus excepit Catalogus  
HEBENSTREIT commemorandus est M. MATTHIAS MÜLLER, Professorum  
hujus locum A. 1673. morte sua vacuefactum occupare jussus est doctrinae  
anno sq. b. ZACHAR. HERMANN, postea A. 1706. Senior Rev.  
Ministerii & Gymnasii Pro-Director &c. factus; is A. 1675. in  
Diaconum ad ædem SS. Trinit. promotus Ethicam dimisit, quæ  
dein cessit M. EBERH. RVD. ROTHIO, & hocce A. 1690. eam  
cum Logica permutante, b. M. DAN. RINGMACHER *Moralis do-  
ctrine* exornator & amplificator extitit usque ad annum hujus  
Sec. 14., quo Senior Rev. Ministerii & Gymnasii Scholarcha fa-

Etus ampliori modo de Ecclesia juxta & Schola insigniter meruit. Locum itaque successori M. GODOFR. HECKINGIO, Viro in scientiis artibusque doctissimo, fecit, quem Imperialem Hailbronnam, ubi hodienum Rektor meritis in Scholam eximiis claret, vocatum A. 1718. in Professione subsecutus fuit C. R. L. V. D. STROHMEYER, Homonymi *Metaphysics Professoris* ex fratre Consultiss. atque Excellent. FRIDERICO, J. V. L. & Prætore Vrbis nepos, Praeco jam V. D. in S. Templo, divinioris scientiæ zelo & prudenter maxime conspicuus ac ultra nostras laudes positus, huic ipsi autem A. 1722. Steinheimensi Pastori renunciato successor laudatus CHRIST. WOEHRLIN.

## §. LXXXIV.

*Syllabus Professorum Poëtices.* Restant denique Poëeos Professores, è quibus post EBEL. & HEBENSTREIT. primo nominamus M. Jo. MAYERVM A. 39. creatum & post hujus mortem, qua A. 1670. contigit, anno sq. M. J. J. MÜLLERVUM eodemque statim anno ZACH. HERMANVM, sed vix quadriennium exactum, cum doctribus vacua Poësis docenda demandata fuit A. 1674. MART. WOLFARTH. Hic A. 94. Poësin cum Literis Græcis publice docendis permutans successorem nactus M. EL. WEYHENM. & huic Professori *Metaphys.* creato suppositus A. 98. de novo MART. WOLFARTH. Hoc A. 99. demortuo provincia hæc successori M. Jo. MAYERO, concessa fuit, sed eodem A. 1700. accito in Imperialem Esslingam, ubi Archi-Diaconi & Consistorialis munere functus A. 1728. supremum suum diem obiit; in ejus vicem datus & delectus DAV. STOELZLIN, hujus A. 1716. Con-Rectoris salutati partes suscepit MARC. BRAVN, Pastor Jungingens., hujus A. 1728. extincti vicem implevit M. Jo. GEORGIVS FRICK, JOANNIS filius & nepos, avitarum ac paternarum virtutum strenuus æmulus, & jam Diaconi ad ædem SS. Trinit. spartam exornans, in hujus denique Pastoris tum Pfulensis vocati locum A. 31. substitutus fuit ANTON. BECK, MICHAELIS filius; Vera ac genuina Paternarum virtutum ac eruditioñis imago, cui Praeceptoris nostro fidelissimo vitam longævam, vires vegetas, prosperitatem omnigenam ac fata benigna pie apprecciamur.

## §. LXXXV.



## §. LXXXV.

Hi fuere & pro præsenti tempore IX. etiamnum sunt Professores disciplinarum, quarum XI. numerantur, & hoc invicem *Quæ discipulae & secundum quos tractentur.* quo dispositi hodie sunt, illarum *Professores*, sese excipiunt, *Physica, Theologia Catechetica, Logica, Metaphysica, Orationis, LL. SS. Ebræa & Græca, Historia, Moralis, Poëticas, Mathesis.* Singuli Professores suo quisque honorum titulis mihi venerandi pro eo ac temporis rerumque fert conditio, Studiosos P., quantum in ipsis, juvant consilia suggerendo, Libros commendo, & privatas juxta ac privatissimas Scholas five Collegia instituendo, in quibus optio illis relicta, num ex propriis scitis, an secundum Autores libere electos docere Juventutem studiosam malint. Quod autem *publicas Praelectiones* attinet, illa Latina Lingua habentur in præscriptos cuilibet Professioni Autores, hujusmodi pro præsenti statu sunt: in *Physicis* b. Jo. CHRIST. STVRMI *Physica Conciliatrix*; in *Theolog. Catechet.* b. D. DETERICI *Institutiones Catechetice*; in *Logicis* b. EBERH. RVD. ROTHI *Logica Præctica*; in *Metaphysica* CASP. EBELII *Aphorismi Metaphysici*; in *Eloquentia CICERONIS Orationes selectæ*, editæ à b. Cellario; in *Lingua Ebræa* M. CHRIST. REINECCI *Dictionum Clasicorum Analysis* ex b. GVIL. SCHIKARDI *Institutionibus Ling. Ebr.* collato b. M. MICH. BECKI in eos *Auctario* instituenda; in *Gracis Novum TESTAMENTVM*; in *Historicis* E. R. ROTHI *Historia universalis Pragmatica*; in *Ethicis* b. D. J.F. BVDDEI *Institutiones Philosophiae Moralis*; in *Poëticis* alternis vicibus VIRGILI & HORATI *Poëmata*; in *Matheesi* denique B. STVRMII *Tyrocinia Mathemat. Tabulis comprehensa*. Hosce Autores veluti typum & formam publicarum Praelectionum sequuntur *Professores*, salva tamen veritate & *λόγω πραγδείας* circa illas unicuique libero.

## §. LXXXVI.

*Hore P. Lectionibus exercitiisque declamandi ac disputandi* *Hore & modus Praelectionum,* destinatae *antemeridianæ* sunt 7. 8. 9. & *pomeridianæ* 12. 1. 2. *Singularis Professionibus* tres assignatae sunt *horæ*, *præterquam Matheos & LL. Professionibus*, in harum quamlibet quatuor horis

*Disputatio-*  
*num haben-*  
*darum;* impensis. *Professiones*, in quibus per singulas septimanas Prae-  
 litiones habentur, sunt *Catechesis*, *LL.*, *Histor.*, *Moralis*, *Mathesis*.  
*Physica*, *Logica*, *Metaphysica*, *Oratoria* & *Poetica* alternis heb-  
 domadibus sese excipiunt, ex horis *Oratoriarum Scholarum* una  
 cedit *Declamationibus* in *Publicorum corona recitandis & censu-*  
*ræ subjiciendis*. *Disputationibus* hebdomadariis IV. per septima-  
 nas singulas impenduntur horæ, *Physica* cum *Catechetica*, *Logica*  
 cum *Metaphysica* alternas vices tenentibus, quibus accedit alter-  
 nisi hebdomadibus *Disp. Moralis*. Duo ex Ordine *Publicorum*  
 opposentes agunt, uti etiam in *solemnibus*, quæ cum ab arbitrio  
 responsumorum pendeant, stata non habent tempora, quibus ta-  
 men honorarii Opponentes, quotquot invitationi à *Præside* factæ  
 locum dare volunt, eximium addunt & conciliant decus.

## §. LXXXVII.

*Imprimis*  
*Cyclicarum.* Sed quum illæ tantum in præsentia *Commilitonum*, que profectio  
 nec Respondentes nec Opponentes ad intendendos ingenii sui nervos ur-  
 get, instituantur; hæ vero ob sumtus aliquando haud leves minimis  
 arrideant; hinc tertia prioribus tamen manentibus salvis, excogitata  
 fuit species *Disputationum*, ordine per circulum tam Professorum, quam  
 Studiosorum omnium in luce & publicis congressibus instituendarum;  
 uti verba Progr. *Invitat*. habent, quo publica *Præsidum rerum*  
*sacrarum* auctoritate *Disp. Circulares* five *Cyclicas* intimavere &  
 indixere Professores anno hujus Sec. X. d. 26. Jul. in forma 4.  
 E quo cetera hujus instituti explicata & defensa, uti etiam, quæ  
 faciem Scholarum nostrarum pristinam & recentem spectant com-  
 titissimo descripta stilo hauriri possunt. Nos pro instituti scopo  
 modoque hinc subsequi brevi persequemur Oratione. *Cyclicæ*  
 appellantur five *Circularis* ideo, quia singuli Professores, excepto *Oratoria* Doctore, quo de paullo post, servato, quo alias inter se distinguntur ordine tales Disputationes ventilare tenen-  
 tur. Eum in finem eligit quilibet Professor Thema pro arbitrio  
 suo, istudque per Theses nudas elaboratum impensis suis *Gene-*  
*rosi ac Magnifici Domini Aediles* excudi ac frontispicio ad Ta-  
 bulam P. affigi jubent. Traduntur à *Præside* deinceps hæ Theses  
 uni Respondenti defendenda & tribus Opponentibus impugnanda,  
 &

& quidem ex numero Auditorum suorum. *Oratoria* vero *Professor* hos actus Disputatorios, ordine poscente, *Oratoriis* interpolat, tres Auditorum suorum in scenam producente, & sicubi felicis in pangendis carminibus ingenii adolescentis Studiofus suppetit, *Prof. Poëticas* Disputantibus etiam adjicit ligato sermone recitantem. *Tempus* denique hisce conflictibus destinatur dies *Martis*, horis VIII. IX. X. Prodiit eodem adhuc, quo *Programma* modo laudatum anno, die XXIX. Jul. prima hujusmodi *Dip. Cyclica* Præside M. DAN. RINGMACHERO b. m. continens *Theses de Ethica Christiana*. Continuantur in hunc usque diem, ita ut earum numerus ad LXXXII. excreverit.

§. LXXXVIII.

Ordo jam exigit, ut de *Rectoribus & Praeceptoribus*, horum-  
que operis præcipue publicis sed brevius dispiciamus. Ex *Rectoribus*, qui post *HEBEN STREIT.* & *EBEL.* de Scholis nostris optime meruere, sequentes sunt prædicandi, *Jo. CONR. MERCK*, *M. JO. MAYER*, *M. JO. JAC. MÜLLER*, *M. GVIL. DIEZ*, *M. E. B. RVD. ROTH*, qui omnes, excepto *MÜLLERO*, antea *Con-Rectores* quoque immo quidam *VI. Clas. Praecept.* egere, *Con-Rectoribus* itaque unus modo adhuc addendus est *M. JAC. HONOLD Senior*. *Rector* hodienum vivens per *XLIII.* annorum spatium Scholasticis Laboribus vacans & communis fere omnium *VLMAE Literatorum* Virorum *Praeceptor* est *M. EL. WEYHENMEYERVS*, b. *Jo. HENRICI*, *Praconis* olim in *S. T.* suis scriptis celeberrimi filius, *Con-Rector A. 1694.* & *Rector A. 1716.* creatus. *Con-Rectoris* munere fungitur meritorum gloria *Præcellentissimus DAV. STOELZLIN*, b. *M. BONIFACII* variis suis asceticis & homileticis scriptis de Ecclesia meritissimi nepos, qui *A. 1714. Sub-Rector & A. 16. Con-Rector* renunciatus fuit.

§. LXXXIX.

*Classicorum Praeceptorum* nomina ea serie exhibeo, ut locum cuivis in ea Classe affigiem, quem, quoad is Praeceptorem agebat, supremum tenuit, ejus in ceteris classibus, quas etiam moderatus est rationem numerumque non initurus. Ex *VI.* itaque *Classis Praeceptoribus* collaudandi veniunt *M. Jo. SAX*, *M. MATTHIAS*

THIAS MÜLLER, M. JAC. HONOLD *Junior*, MART. WOLFARTH, M. JO. GE. DIEZ, M. JO. FRID. HERTTENSTEIN; *V. Clas.* Preceptores fuere M. JO. BARTH. SATTLER, M. MARC. WOLLAIB, M. MICH. DEVBLER, M. LAVR. KAIB, SEBAST. MILLER; *IV. Clas.* M. FRID. TONNER, JO. FRID. RECHENBACH, JO. SCHNEIDER, CHRISTOPH. HOFFMANN; *III. Clas.* OTTO CHRISTOPH. BODENBURGER, M. ANDR. SCHWILGY, JO. JAC. EDEL; *II. Clas.* DAN. STEIGER, CHRISTOPH. KEMPF, M. BARTH. MÜLLER, JO. FR. MEZGER, MART. WIRTH, MICH. MÜNSINGER; *I. Clas.*, M. NOACH. EIFERLIN, MICH. AMMANN, HENR. WOLFARTH. Hodienum de hisce Scholis bene merentes suis quisque munerum titulis clarissimi sunt in *VI. Clas.* CHRISTIAN. WOEHRLIN ab anno 1714; in *V. Clas.* ab anno 26. M. JO. MATTHAEVS NEVBRONNER; in *IV. Clas.* M. ALB. BECK, MICHAELIS filius, ab anno 26.; in *III. Clas.* ab eodem anno NARC. VLR. KELLER; in *II. Clas.* ab anno 32. JO. GE. RÖBELIN; in *I.* denique *Clas.* ab anno 20. RVD. KERN; è quibus iis, quorum dextra & fideli gavisus fui institutione, justas dico habeoque gratias.

## §. XC.

*Typus Operarum Clas-* *Typus Operarum Clas-* perspici poterit ex *Schematismo*  
*rarum Clas-* *Programmatis A. 1726. publicati & affixi*, cuius summa eo reddit,  
*sicarum.* ut pueri adolescentesque Clasifici edoceantur *Catecheses* b. LV-  
 THERI, DIETERICI, RINGMACHERI, atque *hymnos* S., in ar-  
 te legendi, scribendique exerceantur, *Latina Lingua* notitia imbuantur,  
*Grammaticis*, iisque *German. præceptis* b. ROTHI, b. MAYE-  
 RI *Vocabulario*, b. CELLARI *Libr. Memor.*, loquendi formis, sen-  
 tentiis, *Phraeologii*, propositis Autoribus CORDERIO & ERAS-  
 MO cum suis *Colloquiis*, CORN. NEPOTE, CVRTIO inque cala-  
 mum dicti imitandi Exercitiis. *Poëtices* fundamenta ex M.  
 CONR. BACHMANNI *Compendio Poëtica* & exempla ex VIRGI-  
 LIO & PRUDENTIO petuntur atque tractantur una cum metricis  
 exercitiis. *Græcæ Literæ* instillantur ex præceptis *Grammaticæ Halen-  
 sis*, quæ experientiss. JO. HENR. SCHVLZIVM, D. & Prof.  
 Med. jam Halæ celeberrimum auctorem agnoscit, ex lectione N.  
 T., ISOCRATIS, PLVTARCHI, additis GIRBERTI *Dicitis Clas-*  
*cis*

cis memorie mandandis. In Ebraicis fundamenta jaciuntur ex b. SCHIKARDO. In Oratoria & Rhetorica DIETERICIANAE Institutiones & in Logica ROTHIANAE tractantur.

## §. XCI.

*Horæ publicæ* hisce studiis singulis VI. diebus destinatæ sunt *Horæ publicæ & privatis Scholis destinatae.* *Horæ due antemeridianæ totidemque pomeridianæ, 8 - 10. & 1 - 3.* exceptis diebus *Jovis & Saturni*, quibus pomeridianæ cessant. Ad hæc singuli docentes ab hor. X. ad XI. privatas Scholas suis discipulis habent, in quibus publicæ Lectiones retractantur & inculcantur, *Superiorum autem Classem* discipulis præter has in aliis quoque horis *LL. Græca, Latina, Ebræa, Oratoria, Logica, Geographia* plenius exponuntur, iique in *suprema insimul Classe* ad actus disputatorios præparantur, & si qua alia. *Musica vocali* per singulos & *Arithmetica* per V. dies horæ publicæ admensæ, gratis ex *Dominorum Superiorum* munificentia habentur, *Cantore Jo. G.E. RIEDLINO, Arithmetico JACOBO SCHMIDIO;* hic *Inspectoris* partes *Professore Matheos*, illic Organœdo & Musices Directore scientissimo longeque suavissimo *MICH. SCHNEIDERO.*

## §. XCII.

Haec tenus de utriusque Collegii, ex quo nostrum Gymnasiūm conflatum est, Professoribus, Præceptoribusque diximus, restat ut discentes paucis *Publicos* nempe, *Studiosos* vocant & *Classicos* lustremus. Et primum ad Lectiones publicas audiendas non admittuntur nisi Classibus exempti, & ritu, quem *Depositio-* nis dicunt, in Academia vicina Tubingensi vel quacunque alia iniciati. Peractis his, si diis placet Sacris, nomina profitentur apud Directorem (nunc *Scholarcham Regentem*) Gymnasi, qui eos si Classum discipuli fuerint, sine mora, sin autem aliunde frequentandorum Collegiorum gratia huc concesserint, non nisi exploratis per Rectores profectibus, Albo Studiosorum inserit & frequentandi Lectiones P. facultatem concedit. Recitamus verba *Progr. laudati.* Dein *Theologiae Consecranei*, prævia decenti via- tici ambitione Academias petentes, fese sistere debent *Cateche-* *seos Professori, Rectori atque Con-Rectori* ex suis disciplinis exami-

H nandos,



nandos, ut sic ex horum judicio constet *Amplissimis Rer. Sacrar. Ephoris*, utrum eo, quod decenter petentibus exhibetur, viatico digni & ad Studia quoque Academica satis maturi sint. *Numerus Studiosorum* hodie *quadragesimum* & *secundum* implet. *Classicorum* autem *numerus* usque ad 448. excrescit, nec quisquam admittitur, nisi prius *Rector* in ejus ingenii capacitatem & profectus inquisiverit. In VI. Classem nonnisi ii promoven-  
tur, de quibus ex *Conventus Scholici* judicio constat, num ad li-  
teras haut invita *Minerva* prosequendas habiles sint, nec ne. Hu-  
jus ipsius quoque consensu *Supreme Classis* Discipulis accessus ad  
*Lectiones P. patet*, speciminibus plerumque Oratoriis in abitum  
in solenni Panegyri habitis. Plurimæ & Publicorum & *Classico-  
rum* parti penditur beneficii loco *stips publica*, quaæ Civium libe-  
ralitati per singulas hebdomadas debetur, cui & accepta referen-  
da sunt plura beneficia sub publica Administratione munifice &  
liberaliter in subsidia illorum, qui Academias petunt erogata &  
dispensata, de quibus vero dicere hic pluribus non attinet.

## §. XCIII.

*II. Regimen* Dicendorum Ordo potius nos avocat, ut ea quæ *Regimen*  
*Gymnasii* *Scholasticum* spectant, quod fieri potest, brevibus enarremus:  
*penes Gen.* Prima in Gymnasium cura atque inspectio est penes *Illustres, Ge-*  
*& Magnif.* *Neroſiſſimos, Generoſos, Prefrenuos, Magnificos, Am-*  
*Dm. rerum Religioſ. Di-* *pliſſimos, tum rerum, que ad religionem spectant, Dominos*  
*rectores, Aediliſſi- Directores, cum Aediliſſi S. Dominos Praefectos*, qui summa  
*Dm. Aedi- prudentia, zelo, cura & munificentia per duo Secula integra, &*  
*les & Con- quod excurrit, in mediis tricennalis belli Germanici & Gallo-Ba-*  
*flium Scho- varici nuperi turbis feliciter conservarunt & ad summum pene*  
*licum.* *fastigium Scholas & Gymnasium evexerunt. Ab his proximum*  
*tenet locum Consilium Scholicum ex Ordine Juridico, Medico, Ec-*  
*clesiastico, Politico & Scholico, junctis nempe duobus Rektoribus*  
*conscriptum, & Directoris alias, dein Pro-Directorum; nunc*  
*vero Scholarcharum & Visitatorum titulis gradibusque distinctum.*

## §. XCIV.

*De Directo- Director post fundatum Gymnasium primus (uti ex §. LIX.*  
*ribus specia- patet) fuit B. D. CONR. DIETERICVS, Vir, de quo vere dici-*  
*tum.* *poteſt,*

potest, quod sub ejus summa vigilantia, industria, fide ac dexteritate Gymnasium ex infantia, quam degit antea inde ab HEBEN-STREITI temporibus emergere, in dies adolescere & conspi cuam magis Gymnasi faciem præ se ferre coeperit, ac in acerbissimo ævo, sub tot & tantis calamitatibus fartum tectumque manferit. Ei d. 22. Apr. 1639, magno cum omnium luctu defuncto nullus in hoc *Direktoris* officio successit, eo quod *Inlytus Magistratus* hoc munus alii huc evocando *Superintendenti* reservare vellet; cura Gymnasi interim duobus *Scholarchis*, uni ex JCTorum alteri ex Medicorum ordine, quibus M. PETR. HVBER, Rever. Ministerii Senior, Collega fuit datus, demandata. Verum enim vero cum auctoritas in *Conventibus Scholasticis* ob defectum *Direktoris* paulatim labasceret, Consultiss. PHIL. ANDR. FRÖLICH, J. V. D. & Patriæ Consiliarius primum *Vice-Director*, postea autem *Director* Gymnasi creabatur, quod officium etiam tamdiu administravit, usque dum ipse A. 1671. ob ingravescensem ætatem istud resignavit. In vices surrogatus est D. ELIAS VEIEL, supra laudatus Superattendens, cui etiam muneri usque ad b. obitum suum medias inter bellum turbas summa cura ac fide nec minori felicitate præfuit. Post loco *Directoris* constituti sunt duo *Pro-Directores*, nempe Consultiss. DAV. GVTHER, J. V. D. & Reip. Patriæ Consiliarius atque Summe Vener. ZACHAR. HERMANN, Rever. Minist. Senior, hunc A. 11. defunctum exceptit M. CHRISTOPH. WAGNER, Præful quoque Eccles. nostræ, sed hoc fata ultima exsolvente A. 1714. *Regimen Gymnasi* tribus *Scholarchis*, per IV. menses inter se alternatim id gerentibus sub titulo *Scholarchæ Regentis*, scil. Summe Rever. Vener. Minist. Seniori, uni ex Ordine JCTorum, unique ex Collegio Medico fuit commissum. Fuerunt vero tum *tres illi Scholarchæ* M. DAN. RINGMACHER b. m. supra prædicatus, hodienum de Gymnasio industria & vigilantia merentissimus THEOD. BÜRGLEN J. V. L., Collegii Juridici Collega Senior, Consistorii matrimonialis Assessor gravissimus, & VITVS RIEDLIN, Med. & Philos. D., uti sua arte celeberrimus, sic & de Scholastica re in dies magis evehenda olim vigilansissimus, post cujus suprema fatum nullus adhuc ex *ordine Medico* subsecutus est, adeoque hodie tantum duo sequentes *Magnif. ac Excellent. Scholarchæ res Gymnasi* al-

ternis vicibus moderantur. I. & quidem pro tempore *Regens* laudatus modo THEODOR. BÜRGLEN; II. M. Jo. FRICK, Summe Rever. Vener. Minist. Senior, SS. Theologiae Professor celeberrimus, Aſſessor Consistorii matrimonialis gravifimus & Illuſtr. Reip. Proto-Bibliothecarius.

## §. XCV.

*De Confilio Scholastico.* Reliquum *Confilium Scholasticum* conſtat ex XVII. Viris, II. JCtis, II. Medicis, IX. Verbi D. Praeconibus, III. Politicis, ac II. denique Rectoribus; qui hodie hocce honoris munere confiſcuiſt, ſequentes ſuſcipimus,

Ex Ordine Juridico Confuſtiff. Viros,

CHRISTIAN. CONR. WVCHERER, J. V. L. Prætorem & Proto-Archivarium, insignibus in Patriam meritis clarifimum,

Jo. DAV. GVTHER, J. V.D., Patriæ Consiliarium, primum ex Collegio Juridico ad Circularia Comitia Ablegatum, praeclaris Legationibus ad aulam *Augustissimi CAROLI VI.* insigniter functum,

Ex Collegio Medico Experientiff. Viros,

Jo. GE. LAIB, Med. Lic. Collegii Medici Seniorem & Ar-  
chiatrum Illustr. Reip. felicitate multijugæ Praxeos celebratissi-  
mum.

THEODOR. AVGVST. RAV, Med. D. & Xenodochii Po-  
liatrum, arte sua itidem felicissimum.

Ex Ordine Ecclesiastico pl. Rever.

EL. JAC. VEIEL,

M. JO. PETR. MILLER, jam vero à laboribus Ecclesiasticis  
& Scholasticis per ætatem relevatum,

EL. FRICK,

M. JO. FRID. HERTTENSTEIN,

CAROL. LVDOV. STROHMEYER,

JO. GEORG. SAPPER,

M. JO. MART. MILLER, Jo. PETR. filium muneribus me-  
ritisque Praecones in æde Basilica gravifimos.

M. JO. GEORG. SPAN, &

M. JO. GEORG. FRICK, Ædis SS. Trinit. & Xenodochii  
Parochum ac Diaconum vigilifimos.

Ex

Ex Ordine Politicorum Prænobilitissimos atque Strenuos

AVG. MATTH. KIECHEL,

GEORG. MATTH. SPENGLER, &

FRANCISC. MATTHAEVM SEVTTER, Mercatores floren-  
tissimos.

Præcellentissimos denique Rectorem ac Con-Rectorem

M. EL. WEYHENMEYER, &

DAV. STOELZLIN.

Ex his bini unus ex Ordine Seculari, alter ex Ecclesiastico singu-  
lis septimanis per VII. Classem eundo Visitationes instituunt, Exa-  
minibus ac Inquisitionibus omnes ac singuli intersunt, certisque  
temporibus Conventus agunt, de incolumi & florenti statu Gy-  
mnasii conservando & amplificando Consilia inituri, ac circum-  
specturi, ne Gymnasium ex socordia & perversis moribus detri-  
menti quid capiat.

§. XCVI.

Quemadmodum vero nulla societas firmo stat talo, quæ non *De Gymna-*  
*Legibus coérceatur, ita quoque Majores nostri venerandi, ut har-*  
*monia Gymnasi eo firmior esset, tam Leges Gymnasii generales & Statutis.*  
*& speciales, five Ordinem Publicorum spectantes, quam Statuta*  
*communia five Ordinationem Gymnasii (allgemeine Schul-Ordnung)*  
*publicaverunt cum ad mores recte formandos, tum ad animos*  
*recte informandos. Leges generales juxta ac speciales diversis la-*  
*ta sunt temporibus, jam A. 1613. 21. 34. 53. 58. ut & recentius*  
*1706. & 1711. Piores ad Scholares, Posteriora autem ad Pu-*  
*blicos spectant, & ultima revisione A. 1711. facta in XXII. Statuta*  
*sunt divisæ. Statuta communia Gymnasii (allgemeine Schul-Ordnung)*  
*prodierunt jam A. 1613. & hoc denuo Seculo singulari fi-*  
*de & industria sunt revisa. Hæcce variis absolvuntur capitili-*  
*bus sv. titulis, v. gr. de Officio Directoris, Scholarcharum, Visi-*  
*tatorum, Professorum, Rectorum, Preceptorum, Studiosorum, Mini-*  
*stri publici, qui à pedibus nomen trahit; Custodum Classem & ipso-*  
*rummet Classicorum. Item de Inquisitione P. cum Academicorum,*  
*tum Studiosorum vernali & autumnali, de Examinibus itemque ver-*  
*nalibus & autumnalibus, de præviis Exercitiis fili probatoriis, de O-*  
*rationibus in Paschalibus, Johannalibus Solemitatibus, aliisque affi-*  
*bus*

bus & exercitiis Oratoriis, speciatim in Promotionibus semestralibus, de Disputationibus ordinariis, Cyclicis & quandoque extraordinariis sive solennibus habendis. Porro de Mūjica cum Studioſis & Clafſicis in Gymnaſio exercenda, de ſtipis publ. diſtributione, de Comœdiis, Feriis, Præmiis, Pœniſis, &c. denique de Conventibus Gymnaſii ordinariis, & Professorum cum cenzura de Studioſorum moribus & ſtudiis.

## §. XCVI.

*De Pœniſis,  
ubi exemplum relegationis.*

Quod si vero haec Leges ad coercendos Studioſorum & Clafſicorum animos non ſufficiant, praefto quoque fuit pœna pro circumſtantia rerum diversa, v. gr. ablatio ſtipis publ., coniectio in carceres; cum vero & haec quandoque, non ſufficerint iſti demandis, enī putrida talia Gymnaſii membra plane abſcissa fuerunt proſcriptionis sive relegationis forma publicis tabulis affixa. Primum posterioris ſpeciei exemplum contigit A. 1614. d. Nonar. Calend. Decembr. quum pathetice à R. HEBENSTREITIO conſcripto & publ. affixo Programmate, id quod in *Orat. MStarum Vol. I. fol. 37. sqq.* legi potest, Jo. CHRISTOPH. NEVHAUSSIVS, abſens, & TOBIAS DAMA præſens Bacchi Venerisque non Muſarum Liberi relegarentur; primum namque in Gymnaſio Ulmaño exemplum relegationis fuiffe, comprobant verba cit. Progr. fol. 38. exarata: ---- bunc exclusionis Scholice ritum bac in urbe PRIMVM hoc paſto ſuceptum &c. Sed nec ultimum fuiffe declarant exemplo & occaſione alterius cuiusdam de Voluptate habitæ aliquot Orationes eod. Volum. fol. 241. sqq. extantes. Quibus non polſumus non ob materiæ affinitatem & in argumentum ejus, quod proverbio tritum eſt, eandem ſubinde fabulam mutatis tantum personis & locis agi, ſubnecētere graphicam ejusdem Rectoris deſcriptionem juſtamque animadverſionem in quorundam ſui temporis Scholarium perditam & ex desidia ortam luxuriem profumam, verbis: Preceptor ubi latites ignorat: utrum in antro Tropobonii, aut in lutoſa domuncula illa, lignario que in foro viſitetur: Utrum ſub ulni tegmine delitescas in Valle Quietis, an Apragopoli, & ſi Germanicum vis, Seſtinge in taberna furtum an ſacrilegium (fur enim eſt, immo ſacrilegus, qui ſacra & pia de cauſa erogatos nummos tam flagitioſe decoquit) per gulam tuam nequifſimam trajicias. Vide ſis Vol. cit. Orat. MSt. f. 162. a.

## §. XCVII.



## §. XCVII.

Verum non *pœnis* modo effrenes domantur, & socordes ex- *De premiis*  
 citantur, sed & nulla re magis quam propositis in literarum stu- *& ceteris*  
 dia morumque humanitatem præmiis calcar ingenii subditur *solennibus*  
 plus ultra enitendi: hinc *Prudent. nostri Majores* hujus rei  
 probe gnari antiquo jam more *feriam Paschatis secundam remune-*  
*randa diligenter optimorum Discipulorum ergo indixere. Ob-*  
*tinuit hic mos jam A. 1614. cuius cape indicium ex verbis Gra-*  
*tiarum actionis Paschalis hoc ipso die & anno dictæ à GOTTHARD.*  
*LOESCHENBRAND Vlmano, quæ sic se habent in Volum. I. Orat.*  
*MST. fol. 35. a. bodiernus sane dies testis est luculentissimus, quo non*  
*dubitatis XXX. adolescentes, sex Classum Colonos, splendido ære*  
*pro merito maſtare industria & probitatis. Hoc hodiendum die*  
*hora XII. horum solemnum initium facit germanica Oratione*  
*Summe Rever. Senior & Scholarcha, quem interjectis concentibus*  
*Musicis excipiunt primi sex Classum primi Ordinis (tres enim nu-*  
*meramus) discipuli, ante actæ institutionis rationes propositis*  
*quæſtionibus & responsionibus exponentes & ex memoria reci-*  
*tantes, primo vero primi Ordinis è VI. Clas̄e Supremæ Curiæ Dux*  
*ex Inferioribus, (quibus Superiores contradistinguuntur,) quæſtio-*  
*nēs in eandem rem proponit. Hos insequuntur quinque supremi*  
*VII. Classis discipuli, è quibus quatuor unus proxime post alterum*  
*& I. Thema Catecheticum, II. Logicum, III. Oratorium, IV.*  
*autem Oratiunculam greco sermone conscriptam recitat. Post pra-*  
*mia distribuuntur singulis quinque primis primi cujusque Classis*  
*Ordinis discipulis, inclusō Inferiorum VII. Clas̄is Duce, numero*  
*XXXVI. Quibus actis quintus è VII. Curia Carmine debitas sol-*  
*vit gratias. Colophonem tandem actui imponit Summe Rever.*  
*Senior & Scholarcha brevi gratiarum actione Panegyri præsentia*  
*Illustrium Procerum, Conventus Scholici, ceterorumque ordi-*  
*nūm cohonestatæ dicta.*

## §. XCVIII.

*Premium, quod* ~~clm~~ *distribuebatur, constabat ex denariis Premii, quod*  
*Vlmensibus (Vlmer Landmünzen) sed ab anno hujus Seculi duodeci-*  
*mo singularis ex argento cuditur moneta, pretium decem cruci-*  
*gero-*  
*descriptio.*

gerorum exæquans. Ab una parte sifit ea *cataphracta indutam*  
 PALLADEM sive MINERVAM, Deam bonarum artium olim habi-  
 tam, dextra Lauream, sinistra vero hastam cum clypeo, in quo loco  
 capitis Medusæ insigne S. Aedilittii (quod hocce A pingitur modo)  
 conspiciendum se præbet, tenentem, cum inscriptione: NON NISI  
 CERTANTI: Ab altera parte duæ columnæ, HERCVLIS columnas  
 præfigurantes, erectæ stant inter has ab invicem distantes, modo dicti  
*HERCVLIS* cutis Leonina & clava bumi jacet prostrata; inscrip-  
 tionis vicem tenet Symbolum glorioſissimi Imp. Caroli V. PLVS  
 VLTRA. Ex munificentia Dominorum Superiorum distribuun-  
 tur LXXIII. ejusmodi monete.

## S. XCIX.

*De Examini-  
 nibus & In-  
 quisitionibus  
 P. ut & Ju-  
 diciis profe-  
 tuum.*

Vt iis, quorum scire interest, pateat, quæ sit Professorum at-  
 que Praeceptorum in docendo fides & dexteritas; Studiosorum ve-  
 ro & Discipulorum in discendo profectus, bina quotannis haben-  
 tur Examina, qua apud Academicos & Studiosos diro Inquisitionis  
 nomine veniunt. Intersunt hisce uti & Classem Examiniibus  
*Scholarachæ & Visitatores*, ceu Judices & Arbitri, quin immo In-  
 quisitioni subinde etiam adiunt, *Illustr. ac Generosiss. Dnn. re-  
 rum religiosarum Directores & Generosi ac Magnifici Dnn.*  
*Aediles*, splendida sua præsentia huic actui majorem conciliatu-  
 ri auctoritatem. Post Inquisitionem autumnalem Professores judi-  
 cia de singulorum Studiosorum vita, moribus, ingenii, diligen-  
 tia ac profectibus ferunt, judicata scripto consignant, & consignata in manus eorum, quorum ea nosse decet, tradunt; eam  
 inter alias ob cauſam, ut in erogandis beneficiis & stipendiis  
 conferendis ingeniorum selectus possit haber. Locum obtinuit  
 hic mos in Scholis nostris jam ante fundatum Gymnasium, sed  
 jamdiu in desuetudinem abierat, donec A. 1710. *Dominorum*  
*Superiorum* auctoritate rursus fuit introductus. Vid. Progr. In-  
 invit. supra citat. Similia de suis Classecis judicia Praeceptores  
 III. IV. V. VI. & VII. Classis inde ab anno 1715. *Conventui Scho-  
 lico* offerunt.

## S. C.



## §. C.

Cum vero durabile non sit , quod caret alterna requie , & *De feriis*.  
 vel sensus communis suadeat , interdum curis interponi debere  
 gaudia , ut vel eo alacrius ad studia redeas , vel otium concessum  
 privatis studiis impendas , prudenter *Feriis* locus in Gymnasio ad-  
 huc fuit relicta , in iis tamen ut esset modus , adeo ut raræ , nec  
 nisi negotiosis intercalatae diebus compareant . Has inter olim  
 eminuere *Campi Martii* , Berge dicti , i. e. feriæ biduum post pu-  
 blicam in S. Johannis festo die peractam Scholæ celebritatem  
 concessæ , sed jam inde à nuperi belli calamitate esse desierunt .  
 Lubet ex *Elencho supra citato* annectere , uti se res habuerit tem-  
 poribus *HEBENSTREITI* A. 1621. ubi sic se verba habent : *Tan-*  
*dem ut nullum est facillum , quo non annuatim & minimum semel En-*  
*cœnia festiviter peraguntur , ita etiam cœtus noster quo annis Ambar-*  
*valia bis , Viridia semel , indulgentia Superiorum modimperatoribus*  
*omnibus Magistris presentibus , celebrare consuevit.*

## §. CI.

Supereft de Festis Gymnasi solemnitatibus ut potiora subji- *De Festis*  
 ciamus , de Annis jam satis dictum , de Paschalibus quidem §. *Gymnasi* ;  
 XCVII. sq. de Johannalibus autem §. XLV. sola adhuc ergo re- *& quidem*  
 stat brevis recensio trium Jubilæorum , quæ *Gymnasium* nostrum *Jubilæi*  
 hoc celebravit Seculo . Primum fuit A. 17. Quibusnam vero so- *A. 1717.*  
 lemibus illud in alma nostra Patria constiterit , plenius edis-  
 truit b. M. DAV. ALGÖWER in sua *VLMa seCVnDo IVbILante* ,  
 d. i. *Historischem Verlauff des zweyten Evangelischen Jubel - Fests in*  
*löblicher Stadt Ulm &c.* *Vlma* in forma 4. Nobis , quæ *Gymna-*  
*sium* proxime spectant , levi tantum brachio attingere liceat . *Die*  
*Jovis* , qui erat IV. mens. Nov. hora meridiana XII. omnium  
*Classium* Discipuli in S. nostrum Templum deducti , ibidem post  
 habitam Concionem Catecheticam à V. D. Praeconibus publi-  
 cum Examen sustinuere . Sequenti *die Solis* five Dominica XXIV.  
 post Trinit. (erat dies VII. m. Nov.) *solennes actus Oratorii* , ad  
 quos omnes ac singuli Musarum Fautores atque Patroni Progr.  
 typis exscripto publiceque affixo invitabantur , H. L. Q. C. eum in  
 modum peragebantur , ut primum M. DAN. RINGMACHER ,

Rever. Minist. t. t. Senior, Scholarcha &c. Orationem Latinam de Providentiae divina circa Scholarum, speciatim Vlmens. reformatiōnem documentis, nec non de Gymnasio clementer buc usque conservato peroraret, hunc exceperunt IV. Philos. ac Philol. Studioſi sequentes recitantes Oratiunculas; primo quidem DAN. RINGMACHER, Senioris filius, postea Rector primum Scholæ Iſnenſis & jam ibidem V. D. Præco ob merita pl. Venerand. de LVTHERO bona-rum Literarum Studioſo, dein FRIDER. MERSCH, Pastor nunc Oellingenſis dignissimus de LVTHERO Catecheta; tum ANTON. BECK, Praefes hujus noſtræ Difſertationis graviflmuſ de LVTHERO Poëta, ac denique EL. THEOPH. DIETERICH jam Ecclesiastes Eſſlingenſis maxime Venerandus, de LVTHERO Muſico, quibus actibus colophonem tandem imponebat Prof. t. t. Eloquentia CHRIST. WOEHRLIN de LVTHERO Oratore verba faciens. Postero die in Suprema Claffe hæcce ſolemnia continua- bantur; quorum aufſpicio faciebat M. EL. WEYHENMEYER, Re-ctor &c. de LVTHERO Philologo S. ut & de Scholis SS. Lingg. introductio emendatis perorans, quem ſubſequiti ſunt IV. Supre- ma Claffis Discipuli Jo. RVHLAND Temmenbusanus, J. V. L. & Consiliarius poſtea Illustr. Reip. Patriæ de Auguſtana Confefſio- ne; Jo. GE. FRICK, ſupra laudatus ad Aedem SS. Trinit. Diaconus, de felici & veloci Evangelii per b. LVTHERVM restaurati curſu; ELIAS VEIEL, magni noſtri ELIAE Superint. ex filio AL-BERTO nepos, nunc J. V. L. & Reip. Consiliarius merentiffimus, de retardato Evangelii curſu; ac denique Jo. HENR. WEYHEN- MEYER, Rectoris filius, Rev. Minist. Candidatus doctiflmuſ de Pace Religionis. Finem denique fecit DAV. STOELZLIN, Con- Rector &c. Oratione de Jubileo Bibliotheca Vlm. Ecclesiastico Ju- bilæo juncto. Sequenti die eufa in memoriam hujus Jubilæi mo- netæ omnibus Claffium Discipulis & Studioſis distribuebantur. Succeffere duo actus ſolennes hujus rei gratia in Gymnasio no- stro habitu, unus Poëticus, alter Disputatorius. Quod ad Poëti- cum attinet die 14. Nov. moderate Prof. tum Poëtos b. MAR- CO BRAVNIO, Pafitore Junging. GEORG. LIZEL, Philos. & Phi- los. Studioſus, pro rostris Gymnafii recitavit Orationem ſermone germanico ligato conſcriptam poſteaque in forma 4. typis excufam, cui rubrum: *Das doppelte Jubel-Fest der Teutſchen Poëſie.* Ad ſum-

summum festivitas hæcce evecta fuit fastigium *Disp. solenni* ea-  
que *seculari* jussu **Dominorum Superiorum** conscripta & habita  
ab Autore & Præside Summe Rev. M. Jo. FRICKIO, *Theolog.* in  
*Seminario Eccles. Professore*, per universum qua patet orbem lite-  
rarium celeberrimo &c. in qua *Culpam Schismatis Ecclesiæ Evan-  
gelicæ immerito imputatam esse*, pro argumenti dignitate docuit;  
defendit eam *Respondendo* Jo. GE. SAPPER, *Pastor tum Ersingen-  
fis*, jam vero V. D. in Summo Templo Minister facundissimus,  
dignissimus. Impugnaverunt autem adm. Rever. M. DAVID  
BENZ, *Pastor t. t. Holzschwangenfis*, nunc *Weidenstettenfis* mune-  
re & ætate gravissimus senex, & M. GODOFR. HECKING, *Mo-  
ral.* tum *Prof. P. Gymnasii*, postea vero *Rector Gymnasii Heilbron-  
nenfis* supra laudatus. Successerunt hisce tum *honorarii Opponen-  
tes* ex Ordine Juridico & Ecclesiastico & Professorio plures.

## §. CII.

*Alterum*, quod hoc Seculo Gymnasium nostrum florentissi- *Jubilæi*  
mum & jure suo quidem maximo celebravit *Jubilæum* in annum A. 1722.  
22. incidit, quo integrum omnino Seculum exactum fuit, ex *celebrati-*  
quo introductione *Lectionum P. Gymnasium nostrum supremum*  
nactus est fastigium. Hæc vero *Jubilæi* Sacra in æde Scholis an-  
nexa, *ipso die S. Johannis Baptista festo* ex *Incliti Senatus* præ-  
scripto sequentem in modum peragebantur. Initium solemnita-  
tis faciebat M. DAN. RINGMACHER b. m. *Senior ac Scholarcha*  
*meritiss.* Oratione german. *Historiam Schola Ulmens. sub amenissi-*  
*mo Seminarii Reipublicæ communis schemate describens.* Excipie-  
bant Vir. Vener. IV. *Philosoph.* *Studioſi* breves *Orationes reci-*  
*tantes;* & primus quidem Jo. JAC. ADAM, *Præcept.* nunc Biber-  
ac. ac Pastor in agro Biberac. *Holzheim* bene meritus, Ebraice  
*in Lingua S. Ebrææ elogium;* secundus Jo. PETR. MILLER, Ma-  
gister jam Lipsiensis & Facult. *Philosoph.* ibidem *Assessor*,  
*scriptis clariss.* græco ore *de multiplice Lingua Græca utilita-*  
*te in Gymnasiis;* Tertius *generofus Dominus MARC. TOB.*  
*DE NEVBRONNER*, Senatoria jam dignitate exsplendescens  
*de Literarum Studio Nobilium ornamento.* Tunc *hymnus Am-*  
*brosianus* à toto cœtu inter musicos concentus latis vocibus est  
decantatus. Colophonem tandem solemnibus imposuit IV. *Phi-*

*los. Stud. Jo. GE. MILLER*, Præceptoris olim V. Cl. bene meriti filius, idem bene merens in Patria Vrbe jam Scriba Publ. carmine german. *utilitatem Gymnaſiorum exponens*. Subsequenti die *Jovis* post Concionem S. finitam hor. IX. Philos. Studiosis & IV. Superiorum Clasium Discipulis *Leges* in Gymnaſio nostro *receptae* in VII. Claffe fuere prælectæ, cui tamen recitationi præmisit Orationem *de Legum Gymnaſii dignitate* Rector M. EL. WEYHENMEYER. Conf. *Programma* hanc in solennitatem typis exscriptum.

### §. CIII.

*Et Jubilei  
A. 1730.  
babiti.*

*Novissimi A. 1730. à Gymnaſio celebrati Jubilæi solemnia reliquum eſt, ut indicemus. Anno eodem typis exſcribatur Liber sequenti cum titulo: Christ-Evangelische Jubel-Andacht bey dem zweyhundert-jährigen Wiedergedächtniß der Augſpurgischen Confession, vor die Kirchen Löbl. des Heil. Röm. Reichs Freyer Stadt Vlm und dero Herrſchafft, GOTT zu ſeinen heiligen Ehren, von einem Hoch-Edlen Rath daselbst auf den 23. 24. und 25. Jun. dieses 1730ten Jahrs zu devoter Feyer verordnet. Darzu iſt auch beygefügvet ein accurater Abdruck der ungeänderten Augſpurgischen Confession, und ein Historisch-Catechetischer Unterricht vor die Jugend. Vlm, gedruckt bey Christian Vlrich Wagner, 1730. 8. Hicce Libellus omnibus & Clasium Scholaribus & Studiosis distribuebatur; dein die festo SS. PETRI ac PAVLI, qui erat XXIX. m. Jun. hora antemeridiana VII. Clasium Discipuli in Chorum S. T. deducti prævia Concione Catechetica aus dem Historisch-Catechetischen Unterricht vor die Jugend modo citato examinabantur, dieque poftro monetis ex argento in memoriam hujus Jubilæi conflatis donabantur. Sequenti Dominica, quæ erat IV. poft Festum SS. Trinit. & dies 2. m. Jul. ſoleannis actus H. L. Q. C. celebrabatur; namque eodem die intra Gymnaſium Summe Rev. Senior M. Jo. FRICK verba fecit de Invariato constantis in Ecclesia noſtra veritatis Evangelica lumine ab offiſis perperam à Bossuetto nebulis vindicato. Subſecuta eſt Recitatio Legum Gymnaſii alias in Johannalibus, proxime tamen diem excipientibus uſitata; huic denique actui finem imponente Rectore M. EL. WEYHENMEYER. Oratione ſua de inſignibus Auguſtanæ Confessionis emolumenſis*

*lumentis in Scholas Evangelicas redundantibus.* Conf. pl. Rev. EL.  
FRICKI Münster-Beschreibung Editio II. de anno 1731. p. 73. sqq.  
ē qua hæcce hausimus.

§. CIV.

De cætero non tam postulat, quam suggerit pietas, ut gratias, quas possumus persolvamus DEO *Summo Scholarum Architecō & Rectori*, quod adhuc Gymnasium nostrum, ut gloriæ nominis sui promovenda officina esset, provida sua cura & singulari favore complexus fuerit, suis clementiæ juxta & potentiaæ a-lis, quibusvis hostium insultibus erectum in sublime evexerit, atque *Dominis nostris* animum viresque addiderit, conservaverit & auxerit, quo ab amplificanda & exornanda hac pietatis bonarumque artium Schola studium opemque nunquam abjecerint suam. Gratias post DEVM agimus habemusque *Illustri Senatui, Sacrarum imprimis rerum ac Aedilittii Dominis Eminent. pariter & Magnificis*, quod rara munificentia Scholam extruxerint florentissimam, extructam potenter protexerint, protectam in annos indulgentiori cura & liberalitate foverint & condicoraverint. Concede propitie per CHRISTVM Pater cœlestis pro tot tantisque beneficiis iis, quos vivos adhuc *Patriæ Patres & munificentissimos Scholarum Nutritores* deveneramus, longævam vitam, mentis robur, bonam corporis valetudinem, senectutem vegetam, domum suarum illustr. ac splendifiss. stabilia decora & incrementa, curarum maxime, quas dies noctesque in Reip., & quæ in ea est, TVAE Ecclesiæ emolumentum & augmentum impendunt, exoptatissimos fructus, salutaresque Consiliorum successus. Commendatos TIBI habe *Scholarum nostrarum Inspectores & Preceptores*, sis ipsis clypeus adversus Scholarum contemtores, obtrectatores & persecutores, sis ipsis merces valde magna pro curarum laborumque molestiis, quas nimium & quandoque in cassum, ob rudem & perditam iram origerorum atque ingratorum multitudinem devorare necesse habent. Elargire quæso discentibus Spiritum TVVM, qui eos ducat in omnem veritatem & teneris eorum cordibus infige



Tvi timorem, omnis sapientiae initium, ut adeo sit maneatque nostrum *Gymnasium* veritatis curia & pietatis templum, usque dum erit dierum

## F I N I S.



### Addenda & Corrigenda.

Pag. 2. lin. 22. FR. HOSMANN reliquis præponatur. P. 3. lin. 21. pro HENR. lege JO. HENRIC. Ibid. ead. lin. JO. PHIL. CELLARIUM, ad secundam Classem refer. P. ead. lin. 23. pro BACHMANN lege BACHMAYER. P. 4. lin. 21. Medicis aliunde hoc evocatis lubet attexere CASPARVM BEVTE-LIVM & DAV. VERBEZIVM. P. ead. lin. 33. pro Jo. GVIL. lege JOANNES. P. 11. lin. 24. pro d. 7. Nov. lege d. 3. Nov. P. 14. lin. 23. post verba *vulgo absolvebatur*, inseratur: v. JAC. THOMAS. Progr. XXXIV. p. 371. P. 18. lin. 14. pro *seque eas*, lege *eumque*. P. 21. lin. 6. pro *ad minimum ex*, lege *ex minimo*. P. ead. lin. 7. pro fol. 231. lege fol. 233. P. 24. lin. 33. pro & lege *est*. Reliquis L. B. veniam det.



Viro

Viro perquam Reverendo atque  
Praeclarissimo,  
**DN. JO. JAC. HAEBERLIN,**  
Ecclesiae , quae Christo in Agri Vlmensis vico  
Altenstattensi colligitur, Pastori merentissimo  
salvere & bene agere  
**Praefes.**

**M**oris equidem est, ad alios in privato, sed etiam que a plurium conscientia dare epistolam: verum, quam ad Te iamiam exaro, publici iuris facere statui. animus etenim rebus a Filio Tvo in publico praecclare gestis laetans privati moris fit impatiens, publicumque affectus sui documentum edere gestit. cum enim uno ore omnes omnia bona dicunt, & laudant fortunas Tvas, qui Gnatum habeas tali ingenio praeditum; publicis hisce ovantium plausibus & meos consonare ius & fas omne poposcit. ad quem, quaeſo, propius id officium spectat, nisi ad me, qui in primis Filii laudabile, quod tum animo tacitus volvit, institutum recivi, huiusque testem remotis arbitris adhuc egi, & iamiam in cathedra quoque patronum agam. pro eo namque, quo in me fertur, amore consilium Suum, hacce Diatriba Scholastica, quam proprio Marte prius elaboraverat, in manus meas tradita, aperuit, atque, ut Praesidis, quando ea publicae Eruditorum disquisitioni subiicienda foret, munere fuingerer, amice petitit. oblatam Spartam, vel ex se ipsa mihi acceptissimam pro lege mutui in Eum amoris lubentissime subii. quare protinus legi, sed & miratus sui sane probabile industriae ingeniique Sui monumentum, atque, ut in eo perpoliendo latiusque diducendo strenue, uti coepit pergeret, auctor sua forque Illi extiti. annuit monitis, & quod ad ornandam augen-

augendamque operam faceret, ex proprio Scientiae suae  
penu depromsit, justisque digessit locis, vsque dum in iu-  
stam hancce molem excrevit. gratulor itaque **TIBI**, *Vir*  
*perquam Reverende*, at qua alia magis apta commodave ra-  
tione hocce officio in **TE** meo defungerer, quam si literas, ceu  
idoneas affectus mei testes subdi curarem doctissimo operi, quod  
nunc in publicam Filius **Tvv**s emittit lucem. gratulor **TIBI** ani-  
mitus hos egregios Nati **Tvi** ausus felicissimosque conatus, qui-  
bus facile aliis aequo ac mihi rationem temporis in literarum  
studia gnaviter optimeque collocati insitarumque ingenii do-  
tium felicissime suscitatarum probabit, palam fecit hoc ipso, quae  
in Se divino munere resideat prope singularis capacissimae fide-  
lissimaeque memoriae vis & abundans fervidioris ingenii vigor.  
erit nihil posthac tam arduo positum loco, quo mentis suae vir-  
tus non enitetur, adeoque vna ex altera subinde propullulabit  
gratulandi materia. dum hac spe calemus, en! eam quasi in ma-  
nibus iam habemus impletam. prelo namque confestim subiicie-  
tur novum, idque denuo ex historia, ad quam pene natus vide-  
tur, desumtum eruditionis Sua Specimen, quo haud invita Mi-  
nerva in epistolā ad Summum in docendis historiis Virum, *Dn.*  
*Jo. Dav. Koelerum*, celeberrimum iam in nova Regia Vniversitate  
Gottingensi Publicum Doctorem data caussam Ill. & Exc. *Dn. Jo.*  
*Frid. de Baumann*, S. R. I. Equitis & S. Caesar. Majestatis Consi-  
liarii Actualis, qua voluntarium imperii consortium inter Frid.  
Austriac. & Lud. Bavar. Augustos adstruxit, tutatum ivit contra  
cuiusdam Mansueti Petropolitani objectiones. mactus itaque vir-  
tute Sua esto, vt non iam solum de Se bene sperare, sed etiam  
confidere Cives possint sui talem futurum, qualem cognitum iu-  
dicarunt. commendatum habeat, precor, Eum sibi Deus, con-  
servet & augeat mentis corporisque vires, Suaque studia in Ec-  
clesiae Civitatisque literariae emolumentum & decus aliquando  
convertat, atque in Academicorum Studiorum subsidium indul-  
gentissimos & munificentissimos excitet Patronos. concedat &  
**TIBI**, *Vir perquam Reverende*, curarum & laborum cum in optimae Spei Filium, tum in concreditum animarum Sacrum gregem  
impensorum laetissimos subinde fructus, mentis robur, valetudi-  
nis incolumentem & omnigenam felicitatem, quo cum **Tvis** ca-  
rissimis pignoribus ad votum, imo supra votum quam diutissime  
salveas, floreas. Sic vale, mihiique, vti facis, porro fave. Scr.  
Vlmae Non. Novembr. cīo cīcc xxxvii. A. O. R.

Plutar-



**P**lutarchus reſte: quod nemo viderit unquam  
Urbem, qua templis, lege, Diisque caret.  
Addimus, atque Scholis, qua sunt plantaria summi  
Numinis in terris dulcia, crede mihi.  
Expendas quæſo, doctorum ſcripta virorum,  
Et dices, memet vera referre Tibi.  
Sed quid opus verbi? urbs certe nulla ſuperſtes,  
Quæ non in ſummo ponat honore Scholas.  
Non veteres jamjam, nunc non laudabo Corinthum,  
Est Vlma pariter nobilis euge, Schola.  
Hujus ut extarent annales, digna fuifet  
Dudum, quo poſſit posteritate frui.  
Sed ſpes faliebat, cum nondum cerneret ætas,  
Quem voluit, juvenem, provida cura DEI.  
*Auctorem* indigito, qui felix vota virorum  
Primus adimperavit, non sine laude sua.  
Gratulor hinc merito, mi perquam ducis Amice!  
Cum multis aliis grande laboris opus.  
Nec temere hoc facio: durus Cato judicet ipſe,  
Ætati veniet laus tamen inde Tuæ.  
In magnis voluisse fat eſt! Tu talia tiro  
Audes; quid facies, cum veteranus eris?  
Ex iſis Tibi nunc non dico quid ominer ausis,  
Vincere judicium ne videatur amor.  
Commendare DEO tacitis hæc omnia votis  
Reſtius eſt, quo Te credimus ire duce.  
Perge ita, dum vincas & ſpes & vota Parentum,  
Queis nova nunc etiam gaudia grator ego.  
Sic nullus dubito, quin præmia iusta laborum  
Nunc tandem pendant Patria, Fama, DEUS.

*Sic*  
*Prætantissimo Juveni, dissertationis hujus Auctori,*  
*applaudere, & bene ominari voluit*

J. L. Kazenwadelius,  
Rev. Minift. Cand.

**I**psæ DEVS nostrum texit rexique LVCEVM,  
Quod priſco de tempore jam fleti inviolatum;  
Et PROCERES nostri ſervarunt undique ſalvum,  
Vidimus, & memorē omni teſtabimur ævo.  
Hoc nos, HÆBERLINE! doces conamine docto;  
GYMNASIO noſtro lucem tam affundis amœnam,  
Cum ſpecimen dederis ſtudii, magnique laboris,  
Quemque Tua propria ſudasti ſedulitate:

Gratu-



Gratulor, & laudo hos ausus, vovoque deinceps,  
Vt major semper crescat Tua famaque lausque!

*Ita praelaris certe conatibus  
Doctissimi Domini Respondentis, amici perdilecti  
applaudere voluit, debuit*  
**Christophorus Juzi,**  
*Oppon.*

**H**oc specimen vegetum commonstrat mentis acumen,  
Haud minus eluet sed dulitasque tua;  
Dum Scholæ Ulmensis monumenta ostendere tentas  
Gymnasio Patrio debito honore sacras  
Primitias studii, quæ Numen porro secundet,  
Hinc precor ex animo omnia fausta Tibi;  
Si pergis coptis floescere, dulcis Amice!  
Eximiae laudis præmia digna feres.

*Paucissimis bisce  
Præstantissimo Domino hujus Disputationis Auctori-Respondenti,  
Amico suo singulariter dilecto medullitus gratulando  
applaudere voluit, debuit*  
**Joannes Jacobus Rau,**  
*Pbil. Stud.*

**G**es zeigt, werther Freund, Dein Auftritt aufs Catheder,  
Wie Weiß und Fähigkeit, wie unverdross'ner Fleiß,  
Dich schon geschickt gemacht, daß Du durch eigne Feder  
Dich schwingst nach Adlers Art zu Deiner Ahnen (\*) Preiß.  
So geht, so eilt Natur mit ungemeß'nen Dritten,  
Wann sie die Lust ankommt zu einem Meister Stuck.  
Die sonst gemeine Bahn wird von ihr überschritten,  
Sie ändert Weiß und Zeit, und nimmt zu Hulß das Glück.  
Du bist ein Zeug hier von. In Deinen Frühlings Jahren  
Zeigst Du nicht Knosp und Blüth, bereits die reife Frucht,  
Da Du der Ulmer Nuhm suchst ewig zu bewahren,  
Den Sie schon längst erlangt in junger Leute Zucht.  
Fahr fort, las Fleiß mit Nuhm sich hundertsätig mehren,  
Sei Deines Vatters Freud, sei Deines Hauses Zier,  
Folg Deinem edlen Trieb, steig als die Haber-Aehren,  
Dass im geleyren Ulm Dein Nahm einst rag herfür.  
(\*) Dann der Herr Autor Resp. von Mütterlicher Seite aus dem Geschlecht des Hochberühmten D. Dieterichs herstammet.  
Hiemit wollte seinem Hochschätzbararen Herrn Contubernali zu abgelegtem trefflichen Specimini sich ferner recommendirend beysetzen  
Ein ergebener Freund und Diener  
**Jacob Gisebert Nagel, Essl.**  
*Opponens.*


00 4 6397




(F) Sb.

Kb18 1017





**Farbkarte #13**



4.

B. C. D.  
OPOYMENA  
<sup>DE</sup>  
LIS LATINIS  
<sup>ET</sup>  
GYMNASIO  
ANORVM,  
RECTORE SCHOLARVM  
TRINVNO,  
MODERATORE  
REVER. ATQVE PRAECELL.  
ONIO BECKIO,  
INGENS. ET POESEOS PROF. P.  
PRAECEPTORE COLENDISSIMO  
TISS. GYMNASIO VLMENSI  
ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SUBIECTA,  
<sup>A</sup>  
SPONDENTE AVTORE  
DOMINICO HAEBERLIN,  
VLMA-SVEVO.  
VEMBR. A. S. MDCC XXXVII. H. L. Q. C.

ULMAE,  
CHRISTIANI VLRICI WAGNERI.